tribus paterna bona illis concessa fuere; unde et legem tulit dominus: si mortuus fuerit homo absque filio masculo, bona filiae relinquito; si nulla sit ei filia, frater eius haereditatem adito; si fratres non habuerit, patris frater haeres succedito; si vero neque patris fratres supersint, bona eius cuncta ad praecipuum et propinquiorem consanguineorum transeunto. Mundi magistratibus displicent haec sancita, quo crimine divinae vindictae semper exstant obnoxii. Moses missis millibus hominum duodecim adversus filios Madian, mares cunctos ex domini praecepto interfecit; et quinque regionis principes et simul cum eis Balaam ariolum tantam Israëli iniuriam inferentem gladio confecit; is enim Balac auctor consilii fuerat, ut mulierum Madianitidum lenocinio Israël ad scortandum induceret; quapropter solas ex eis virgines vitae servatas voluit Moses. Praeda vero terrae Madian fuit ovium sexcenta et septuaginta quinque millia, boum duo et septuaginta millia, asinorum unum et sexaginta millia; virginum demum, quae nondum viriles amplexus fuissent expertae, triginta duo millia absque auro et argento reliquisque spoliis. Tunc filii Ruben et filii Gad et dimidia tribus Manasse, pecorum copia ditati, regionis Iazer et Galaad pascuis abundantis ubertate conspecta, Mosen et Eleazar convenientes eam sibi in sortem concedi postulaverunt. Et constituerunt eos Moses et Eleazar et Iesus filius Nave coram principibus

καὶ τοῖς ἄρχουσιν Ἰσραὴλ, καὶ εἶπεν, ἐὰν διαβῶσιν οἱ υἱοὶ Ῥουβὴν καὶ υἱοὶ Γὰδ μεθ' ὑμῶν τὸν Ἰορδάνην πᾶς ἐνωπλισμένος εἰς πόλεμον ἔναντι κυρίου, καὶ κατακυριεύσητε τῆς γῆς τῆς ἀπέναντι ὑμῶν καὶ δώσετε αὐτοῖς τὴν γῆν Γαλαὰδ ἐν κατασχέσει. καὶ εἶπον οἱ υἱοὶ Ῥουβὴν καὶ οἱ υἱοὶ Γὰδ, οὕτως ποιήσομεν. καὶ ἔδωκε Μωϋσῆς τοῖς υἱοῖς Ῥουβὴν καὶ τοῖς υἱοῖς Γὰδ καὶ τῷ ἡμίσει φυλῆς Μανασσῆ υἱῶν Ἰωσὴφ τὴν βασιλείαν Σηὼν βασιλέως τῶν Ἀμορραίων καὶ τὴν βασιλείαν Ὢγ βασιλέως τῆς Βασὰν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰς πόλεις αὐτῆς πέραν τοῦ Ἰορδάνου πόλεις ιβ'.

Αὗται μὲν οὖν αἱ ἐπισημότεραι φέρονται πράξεις ἐν βίβλῳ δ' Μωϋσέως, ἃς πρὸς ταῖς ἄλλαις ταῖς προεπιτμηθείσαις ἡμῖν B *παρεθέμεθα σὺν ταῖς ἐπισήμοις ἀπάρσεσι τῶν παρεμβολῶν καὶ τοῖς τόποις ἐν οἷς παρενέβαλον, ἐν πᾶσι τῇ θείᾳ γραφῇ κατακολουθοῦντες καὶ πάντα ἐξ αὐτῆς ἀναλεξάμενοι, πρός τε ἡμετέραν ὠφέλειαν καὶ κεφαλαιώδη τῶν ἐντυγχανόντων. τὰς γὰρ κατὰ μέρος ἀπάρσεις ἤτοι τοὺς σταθμοὺς, ὡς ἐξῆλθον ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὁ αὐτὸς θεοδίδακτος νομοθέτης πρὸς τῷ τέλει τῆς ἱερᾶς βίβλου τῶν Ἀριθμῶν ἔγραψε, καὶ ὅτι Ἀαρὼν τῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐτελεύτησεν ἐν Ὢρ τῷ ὄρει, πέμπτῳ μηνὶ ἀρχομένῳ, ἐτῶν ὑπάρχων ρκγ'. καὶ τὰ λοιπὰ τὰ μέχρι τοῦ ὄρους Ἀβαρὶμ πέραν τοῦ Ἰορδάνου κατὰ Ἱεριχὼ,*

1. *καὶ τοῖς*] *καὶ* delet m. *εἶπον* G. 1 et 5. *ῥουβὴν* B. *Ρουβὶμ* G. 2. *ὑμῶν* B. *ἡμῶν* G. *ἐνοπλησμένος* B. 3. *κατεκυριεύσητε* B. 4. *δώσεται* B. 5. *οὕτως — υἱοῖς Γὰδ* om. G. *ποιήσομεν*] *ποιήσωμεν* AB. 6. *Ῥουβὴν*] *ῥουβὶμ* A. *τῷ ἡμίσει* dedi ex Numer. XXXII, 33. Vulgo *τὸ ἥμισυ*. 8. *Βασὰν*] *βασσὰν* A. 9. *αὐτῆς*] *αὐτοῦ* G. 10. *οὖν*] *αἱ* G. 15. *καὶ* om. B. 17. *ὁ αὐτὸς*] *αὐτὸς ὁ* G. 21. *ἀβαρεὶμ* B. *σαβαρεὶμ* A. *Σαβαρὶμ* G. *Ἀβαρὶμ* Numer. XXXIII, 48.

Israël et dixerunt: si filii Rubem et filii Gad armis instructi nobiscum coram domino processerint, ut terram sub adspectu vestro positam bello subactam adeatis, date illis terram Galaad possidendam. Filii vero Rubem et filii Gad et dimidia tribus Manasse filiorum Ioseph responderunt. Regnum Seon, regis Amorrhaeorum, et Og, regis Basan, regnum et terram et civitates eius trans Iordanem numero duodecim.

Haec praecipua observatione digna quarto Mosis libro narrantur gesta, quae aliis in compendium iam alias coactis, cum insignioribus castrorum metationibus vel locis quibus metabantur, scripturarum ubique vestigia legentes et ex eis cuncta decerpentes, ad nostram utilitatem lectorumque commodum in medium protulimus. Singulas enim quasque castrorum metationes, stationes dico ex Aegypto proficiscentibus fixas, Moses ipse a deo legislator edoctus ad sacri Numerorum libri calcem apposuit; narratque, ut Aaron post quadragesimum filiorum Israël exitus annum, mense quinto iam incepto, annis 123 natus, in Or monte obierit et reliqua usque ad montem Abarim trans Iordanem contra Iericho, ubi filiis Israël edixit,

ἔνθα καὶ ἐνετείλατο τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ὅπως χρήσονται καὶ ἐχθρανοῦσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς παραδοθησομένοις αὐτοῖς καὶ πόθεν ἔσται C *τὰ ὅρια τῆς κατασχέσεως αὐτῶν, καὶ ἕως ποῦ κατά τε λίβα καὶ δυσμὰς καὶ βορρᾶν καὶ ἀνατολὴν καὶ νότον ταῖς ἐννέα καὶ ἡμίσει φυλαῖς, καὶ περὶ τῶν κατακληρονομούντων αὐτοῖς τὴν γῆν ἀρχόντων ἀνδρῶν καθ᾽ ἑκάστην φυλήν, ὧν πρῶτοι Ἐλεάζαρ ὁ ἱερεὺς καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ καὶ ἔτι περὶ τοῦ κλήρου τῶν Λευιτῶν καὶ τῶν ἓξ πόλεων τῶν φυγαδευτηρίων, περί τε φόνων καὶ τοῦ κλήρου τῶν θυγατέρων Σαλπαάδ. καὶ ἐπλήρωσε τὴν αὐτὴν τετάρτην τῶν Ἀριθμῶν βίβλον. ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ αὐτῇ ἱερᾷ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν μετὰ τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ λαοῦ ἐν Ἀραβὼθ Μωὰβ γενομένην ὑπὸ Μωϋσέως καὶ Ἐλεάζαρ κατὰ τὸ αὐτὸ μ΄ ἔτος τῆς ἐξόδου, τελευτήσαντος ἤδη τοῦ Ἀαρὼν πρὸ ὀλίγου καὶ πάσης τῆς* D *γενεᾶς τῶν ἀπειθῶν προκαταναλωθείσης, εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν, ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος ἐν τῷ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, τοῦτο ὄρος Ναβαῦ, καὶ ἰδὲ τὴν γῆν Χαναὰν καὶ προστεθήσῃ πρὸς τὸν λαόν σου καὶ σὺ καθὰ καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου, διότι παρέβητε τὸ ῥῆμά μου ἐν τῇ ἐρήμῳ Σιναῒ ἐν τῷ ἀντειπεῖν τὴν συναγωγὴν τοῦ ἁγιάσαι με, οὐχ ἡγιάσατέ με ἐν τῷ ὕδατι ἐνώπιον αὐτῶν. τοῦτό ἐστιν ὕδωρ ἀντιλογίας Κάδης ἐν τῇ ἐρήμῳ Σιναΐ. αὐτὸς δὲ ἠτήσατο προχειρισθῆναι πρὸς τοῦ θεοῦ τὸν ποιμα-* V. 113

1. *χρήσονται* B. *χρήσωνται* G. Vulgo *ἐχθρανῶσι*. 4. *βορρὰν* B. *βόῤῥα* G. 5. *κατακλ—*] *κα΄. κλ—* G. 7. *ναὴ* B. 9. *τετάρτην* om. G. 10. *ἐπειδὴ*] *ἔπειτα* m. 11. *μωὰβ* B. *Μωὰμ* G. 15. *ἐν τῷ* om. G. 16. *ναβᾶθ* A. *ναβᾶβ* B. *Ναβὰθ* G. *Ναβὰν* m. *προστεθείσῃ* AB. 17. *καθὰ καὶ*] *καὶ ὁ* G. 19. *ἡγιάσατε — ἐν — ἐνώπιον* B. *ἡγιάσετε — ἐπὶ — ἐναντίον* G. 20. *Καδῆς* G. 21. *προχ—* B. *τὸ προχ—* G.

ut se haberent ac perpetuum bellum gentibus sibi tradendis indicerent; quinam deinde forent ad Africum ventum et occidentem et boream et orientem et meridiem, novem et mediae tribubus, a 12 singulis ex unaquaque tribu selectis principibus, quorum praecipui Eleazar sacerdos et Iesus filius Nave, terram sorte divisuris assignandi termini, de Levitarum insuper possessione et sex refugii civitatibus, de caedibus et filiarum Salpaad haereditate conscripsit; ac tandem ipsum Numerorum librum absolvit. Ad haec vero ipso sacro Numerorum libro, post populum a Mose et Eleazar in Araboth Moab eodem quadragesimo profectionis anno, mortuo nuper Aaron ac omni rebellium et incredulorum progenie sublata recensitum; dixit dominus Mosi: adscende in montem trans Iordanem, in montem istum Naban et contemplare terram Chanaan et ad populum tuum adiungeris tu et frater tuus Aaron, quia verbum meum transgressi estis in deserto Sinai, cum resisteret synagoga populi, ne me sanctificaret, non sanctificastis me super aqua coram eis. Haec est aqua contradictionis Cades in deserto Sinai. Moses autem, qui post se pasceret Israel postulavit a deo instituen-

νοῦντα τὸν Ἰσραὴλ μετ' αὐτόν. ἔλαβέ τε Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ P. 142 θείᾳ ψήφῳ, καὶ στήσας ἔναντι Ἐλεάζαρ καὶ παντὸς Ἰσραὴλ ἐπέθηκε τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν καὶ συνέστησεν αὐτὸν, καθὰ ἐνετείλατο αὐτῷ κύριος.

Ταῦτα πάντα ἀνακεφαλαιωσάμενος ἐν τῇ ε' βίβλῳ τοῦ Δευτερονομίου, τά τε τῆς ὁδοιπορίας τῶν τε κατ' αὐτὴν παραβάσεων καὶ τὴν πατρῴαν αὐτῶν ἀπείθειαν, ἥτις αὐτῷ τε καὶ Ἀαρὼν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ γέγονε θείας ὀργῆς καὶ ἀποφάσεως αἰτία, μὴ ἐπιβῆναι τῆς ἐπηγγελμένης αὐτοῖς γῆς ἀναμνήσας, ὅπως τε ἐπὶ λ' καὶ η' ἔτη περιεπόλουν εἰς Κάδης Βαρνὴ ἐπιστραφέντες πρὸς τὴν τῆς ἐρυθρᾶς ἔρημον, ἐκύκλουν τὸ ὄρος Σηεὶρ ἐφ' ἡμέρας πολ- B λὰς, καὶ πάλιν ἀπὸ τούτου ἐπεστράφησαν πρὸς βορρᾶν, ἕως διέπεσον πᾶς ἀπειθὴς ἐν ἐρήμῳ, καίτοι τῆς ὅλης ὁδοῦ ἀπὸ Κάδης Βαρνὴ ἕως φάραγγος Ζαρὲδ μὴ οὔσης ε' ἡμερῶν, ὡς ἡμεῖς ἐπειράθημεν, ἥτις αὐτοῖς καταρεμβευομένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐν λ' καὶ η' χρόνοις διήνυσται. τούτων οὖν αὐτοὺς ἀναμνήσας ὁ θεῖος νομοθέτης καὶ πολλὰ περὶ εἰδωλολατρείας καὶ τῶν λοιπῶν ἀπηγορευμένων ἐθνικῶν ἐθῶν παραινέσας διδάσκει τὰς θείας νομοθεσίας, πολλάκις ἐπαναλαμβανόμενος καὶ ἀναμιμνήσκων αὖθις τῶν κατὰ τὴν ἔρημον θείων πειρατηρίων, ἀπολογούμενος ἔν τισιν ὅτι διὰ τοῦτο ὑμᾶς ἐκάκωσε κύριος καὶ ἐλιμαγχόνησεν ἐν τῇ

1. ναυὴ B. 7. αὐτῶν] αὐτοῦ G. 9. αὐτοῖς γῆς B. γῆς αὐτῆς A. γῆς, αὐτοῖς G. 10. Βαρνὴ] βαρνεῖ AB. Βαρνῇ G. 11. Σηεὶρ ἐφ'] Vulgo Σιηρέφ. σηειρὲφ B. 14. βαρνῆ A. βαρνεῖ B. ζαρὲδ B. Ζαρὲθ G. Ζαρὲτ Deuteron. II, 13. 16. αὐτοὺς add. B. 21. τούτου ἡμᾶς G.

dum. Tum divinae electionis nutu Iesum filium Nave assumpsit et in conspectu Eleazar totiusque Israël constituto manus imposuit et, prout praeceperat dominus, ducem creavit.

Cuncta haec quinto, qui Deuteronomii libro, itinerum scilicet ac transgressionum memoriam, paternam eorum contumaciam, quae cum ipsi, tum Aaron fratri, divinae ultionis, et ne promissionis in terram ingrederentur latae in eos sententiae causa fuit, fuse prosequitur, ut nimirum triginta et octo annis in Cades Barne sunt vagati ac in maris rubri desertum regressi diebus plurimis montem Seir circularunt rursumque in boream oppositum reversi cuncti deo inobedientes perierunt in deserto, quamvis spatium a Cades Barne usque ad vallem Sared medium dierum quinque, ut nos ipsi sumus experti, viam non excedat, id tamen ipsi, deo disponente, hinc inde vagi et instabiles, non nisi annis triginta octo sunt emensi. Talia mentibus Hebraeorum contemplanda divinus legislator obiicit et ab idolorum cultu aliisque prohibitis ritibus eos dehortatus divinas leges repetitas saepius et inculcatas edocet; ac insuper, quae de iis sumpserat experimenta deus in deserto revocat in memoriam et de nonnullis defensionem instituit; propterea, inquiens, dominus afflixit vos et angustiis pressos in deserto ten-

ἐρήμῳ πειράζων ὑμᾶς, εἰ φυλάξετε τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ μὴ C φυλάξαντας οὐ τελείως διέφθειρεν, ἐμοῦ πολλάκις ὑπὲρ ὑμῶν δεηθέντος, ἀλλ' ἐψώμισε τὸ μάννα, ἵνα γνῶτε ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ τῷ ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ, ἐπαίδευσεν ὑμᾶς ὡς εἴ τις παιδεύσαι ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἐτροφοφόρησεν ἄμοχθον ζωὴν χαρισάμενος. ἄρτον οὐκ ἐφάγετε καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἐπίετε ἔτη μ'. τὰ ἱμάτια ὑμῶν οὐκ ἐπαλαιώθη, οὐδὲ τὰ ἱμάντια κατετρίβη τῶν ποδῶν ὑμῶν. μετὰ τούτους τοὺς λόγους καὶ ἄλλους πλείστους ἀξιοθέους καὶ χάριτος θείας πεπληρωμένους ἀναγράψας ἐν βίβλῳ παρέδωκε τοῖς ἱερεῦσιν ἀποθέσθαι ἐκ πλαγίου τῆς διαθήκης τοῦ μαρτυρίου, καταστήσας Ἰησοῦν υἱὸν Ναυῆ τοῦ D Ἰσραὴλ ἄρχειν ἀντ' αὐτοῦ θείᾳ ψήφῳ, καὶ τὴν δευτέραν ᾄσας ᾠδήν, ἣν πάντα τὸν λαὸν ἐκμαθεῖν προσέταξε κύριος, ὡς μέγα τι χρῆμα καὶ θεῖον τοῖς εἰς ἀνάμνησιν ἐσόμενον παραδοὺς τῷ ια' μηνὶ τοῦ μ' ἔτους τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας, ρκ' ὄντι τῆς ζωῆς αὐτοῦ, εὐλογήσας πάντας ἀνῆλθεν εἰς ὄρος Ναβαῦ ἤτοι Ἀβαρὶμ κείμενον ἐν τῇ Μωαβίτιδι πέραν τοῦ Ἰορδάνου κατὰ πρόσωπον Ἱεριχοῦς. καὶ κατοπτεύσας τὴν ἐπηγγελμένην τῷ Ἰσραὴλ γῆν ἐτελεύτησεν ἐκεῖ κατὰ πρόσταγμα θεοῦ, καὶ ἐτάφη ἐν Γαῖ ἐγγὺς P. 143

4. ἐν παντὶ B. ἐπὶ παντὶ G. 5. διά] ἀπὸ G. 6. ἐτροφόρησεν G. 8. ἐτῶν G. 9. καὶ] τοὺς G. 10. ἀξιοθέους Bm. ἀξιωθέους G. 11. πλαγείου B. 12. ναυὴ constanter B. 15. ἐσόμενον B. ἐσομένοις G. 17. πάντας B. πάντα G. ναβαῦ B. Ναβὰμ AG. Vide Deuteron. XXXIV, 1. ἀβαρεὶμ B. ἀμαρεὶμ A. Ἀμαρτὶμ G. 19. ἱεριχοῦς A. ἱεριχοὺς B. Ἱεριχὼ G. 20. ἐν γαὶ B. ἐγγαὶ A. Ἀγγαὶ G.

tavit, ut probaret, num eius mandata custodiretis; transgressos autem non penitus exstinxit, me pro vobis interpellante, quin potius manna subministravit, ut cognoscatis quod non in solo pane vivit homo, sed in omni re de ore dei procedente; corripuit vos, ut quivis homo filium corripere solet, enutrivit vero et vitam curae laborisque expertem exhibuit. Panem non comedistis et vinum siceramque annis quadraginta non bibistis; vestimenta vestra vetustate non sunt trita, neque pedum vincula confracta. His habitis sermonibus ac pluribus aliis deo dignis ac caelesti gratia plenis conscriptis, librum a latere testamenti testimonii reponendum sacerdotibus tradidit ac Iesum filium Nave divino suffragio vices proprias obiturum Israëlis instituit ducem. Edidit porro secundum canticum, quod tanquam divinum monimentum posteritatis memoriae consignandum iussit dominus; ac demum mense undecimo anni quadragesimi profectionis ex Aegypto susceptae, anno aetatis centesimo et vigesimo felicibus votis singulos prosecutus, ab eorum se consortio subduxit. Adscendit autem in montem Naban, qui Abarim, in terra Chanaan trans Iordanem, contra Iericho positum; ac terram Israël promissam contemplatus, ibi, deo iubente, reddidit spiritum

οἴκου Φογώρ· καὶ οὐκ οἶδεν οὐδεὶς τὴν ταφὴν αὐτοῦ. οὗτος ὁ μέγας θεόπτης καὶ προφήτης παιδαγωγός τε καὶ νομοθέτης τοῦ Ἰσραὴλ ἐτῶν ρκʹ τελευτήσας οὐκ ἠμαυρώθη τοὺς ὀφθαλμούς· εἰκότως. τούτοις γὰρ τὴν θείαν δόξαν ἑώρακεν, οὐδὲ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον διὰ γῆρας ἐρυτιδώθη. ὅμοιος αὐτῷ προφήτης, ὥς φησιν ἡ γραφή, οὐκ ἀνέστη, ᾧ ὤφθη κατὰ πρόσωπον κύριος, ἕως Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. ὁ αὐτὸς θεοδίδακτος πρῶτος ἐν V. 114 ἀνθρώποις ἱστορίαν ἔγραψε χρονικὴν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ ρκʹ ἔτους αὐτοῦ, ὅπερ ἐστὶ κοσμικὸν ,γωνςʹ κατὰ τήνδε τὴν ἀκριβῆ χρονολογίαν.

B Μετὰ τὴν τελευτὴν Μωϋσέως εἶπε κύριος τῷ Ἰησοῦ υἱῷ Ναυῆ, ἀναστὰς διάβηθι τὸν Ἰορδάνην σὺ καὶ πᾶς ὁ λαὸς οὗτος εἰς τὴν γῆν, ἣν ἐγὼ δίδωμι αὐτοῖς. πᾶς τόπος οὗ ἐὰν ἐπιβῆτε τῷ ἴχνει τῶν ποδῶν ὑμῶν, ὑμῖν δώσω αὐτὸν, ὃν τρόπον εἴρηκα τῷ Μωϋσῇ. τὴν ἔρημον καὶ τὸν Ἀντιλίβανον ἕως τοῦ ποταμοῦ τοῦ μεγάλου Εὐφράτου καὶ ἕως τῆς θαλάσσης τῆς μεγάλης ἀφ᾽ ἡλίου δυσμῶν ἔσται τὰ ὅρια ὑμῶν. καὶ ἐνετείλατο Ἰησοῦς τοῖς γραμματεῦσι λαλῆσαι παντὶ τῷ λαῷ ἑτοιμασθῆναι καὶ ἐπισιτίσασθαι, ἵνα μετὰ τρεῖς ἡμέρας διαβῶσι τὸν Ἰορδάνην. καὶ ἀπέστειλεν ἐκ C Σαττεὶμ δύο ἄνδρας κατασκοπεῦσαι τὴν Γαὶ καὶ τὴν Ἱεριχὼ δύο πόλεις. οἳ καὶ εἰσελθόντες εἰς Ἱεριχὼ παρὰ Ῥαὰβ τῇ πόρνῃ κατ-

3. ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ G. αὐτοῦ om. B. 5. ἐρυτιδώθη B. ἐῤῥυτιδώθη G. 6. κύριος] θεὸς G. 9. τήνδε τὴν B. δὲ τὴν G. 11. εἶπεν AB. εἶπεν ὁ G. Vide Iosuae cap. I. 14. αὐτὸν] αὐτῷ A. μωϋσεῖ B. 19. ἐκ σαττεὶμ B. ἐξ Ἀττεὶμ G. 20. κατασκοπεῦσαι τὴν γῆν τῆς Ιεριχὼ, καὶ τῆς Γαῒ δύο πόλεις G. Correxi ex B. 21. οἳ καὶ] οἱ δὲ G. ῥαὰβ B. Ραβαὰμ G.

et in Gai, prope domum Phogor, sepultus est, nec quisquam sepulcrum eius novit. Hic magnus dei contemplator et propheta et paedagogus et legislator Israël anno aetatis 120 vita functus est, nec ei caligine sunt obducti oculi, et merito quidem, iisdem enim divinam conspexerat gloriam; sed neque ob senectutem facies rugis deturpata est. Aequalis ei propheta non surrexit, inquit scriptura, cui deus ex facie fuerit visus usque ad Ioannis baptistae tempus. Ipse primus inter homines a deo edoctus historiam ac simul temporum rationem ab Adamo usque ad aetatis suae annum 120, qui iuxta veriorem ac tutiorem Chronologiam fuit a mundi conditu 3856, conscripsit.

Sublato e vivis Mose dixit dominus Iesu filio Nave: exsurgens transi Iordanem tu et omnis populus iste in terram, quam ego do eis. Omnis locus super quem adscenderitis vestigio pedum vestrorum, dabo eum vobis, quemadmodum dixi Mosi: desertum et Antilibanum usque ad magnum flumen Euphratem et usque ad mare magnum ab occasu solis erunt fines vestri. Et mandavit Iesu scribis, ut de expeditione et commeatu populum alloquerentur ac post dies tres transirent Iordanem. Et misit ex Sattin duos viros terram Iericho et Gai, duas urbes, exploraturos. Illi Iericho in-

ἔλυσαν, ζητούμενοί τε ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἱεριχὼ, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς ἀπεκρύβησαν, ὀμόσαντες αὐτῇ τὰ περὶ τῆς σωτηρίας. ἐπανελθόντες δὲ πρὸς Ἰησοῦν ἐν Σαττεὶμ ἀπήγγειλαν τὰ τῆς κατασκέψεως. καὶ ὀρθρίσας Ἰησοῦς τῷ πρωῒ ἐκ Σαττεὶμ ἦλθεν εἰς τὸν Ἰορδάνην σὺν τῷ λαῷ. ἔνθα προαγνίσας τὸν Ἰσραὴλ διεβίβασε μετὰ τρεῖς ἡμέρας τὸν Ἰορδάνην, προηγουμένης τῆς κιβωτοῦ διαθήκης κυρίου σὺν τοῖς αἴρουσιν αὐτὴν ἱερεῦσιν, ὧν ἐπειδὴ μόνον οἱ πόδες ἐβάφησαν εἰς μέρος τοῦ ὕδατος, ἔστη τὰ ὕδατα καταβαίνοντα ἄνωθεν εἰς πῆγμα ἐν πόρρω διαιρεθὲν ἄναντες D *εἰς μέρος Καριαθηαρεὶμ· τὰ δὲ καταβαίνοντα κατέβη εἰς θάλασσαν Ἄραβα, θάλασσαν ἁλῶν, ἕως ἐξέλιπε. καὶ ὁ λαὸς εἱστήκει ἀπέναντι Ἱεριχώ. καὶ ἔστησαν οἱ ἱερεῖς οἱ αἴροντες τὴν κιβωτὸν ἐπὶ ξηρᾶς ἐν μέσῳ τοῦ Ἰορδάνου, ἕως διέβη πᾶς ὁ λαὸς τὸν Ἰορδάνην ἐπὶ ξηρᾶς, καὶ συνέταξεν Ἰησοῦς δώδεκα ἄνδρας ἐνδόξους τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ διὰ ῥήματος κυρίου, καὶ ἀναλαβόντες λίθους ιβʹ ἐκ μέσου τοῦ Ἰορδάνου διεκόμισαν εἰς τὴν παρεμβολὴν εἰς μνημόσυνον. ἔστησέ τε ἄλλους ιβʹ λίθους Ἰησοῦς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες τῶν αἰρόντων τὴν κιβωτὸν ἱερέων, καὶ εἰσὶν ἐκεῖ ἕως σήμερον. καὶ προσέταξε τοῖς ἱερεῦσιν Ἰησοῦς,* P. 144 *καὶ ἐγένετο ὡς ἐξῆλθον καὶ ἔθηκαν τοὺς πόδας ἐπὶ τῆς γῆς, κατέβη τὸ ὕδωρ ὁρμῆσαν ὡς ἦν πρότερον. αὐτοὶ δὲ ἀναβάντες*

1. *ἱεριχῷ* AB pene constanter. 4. *τῷ πρωῒ* addidi ex B: solum *πρωῒ* est in A. Vide Iosuae III, 1. *ἐκ σαττεὶμ* B. *ἐξ Ἀττεὶμ* G. *ἐκ Σαττὶν* Iosua. 5. *διαγνίσας* G. 10. *καριαθηαρεὶμ* B. *Καριαθειαρεὶμ* G. *Καριαθιαρὶμ* Iosua III, 16. 11. *ἐξέλειπε* B. 14. *Ἰησοῦς*] *ἐν ἴσῳ* G. 16. *λίθους* B. *πλίνθους* G. *εἰς μέσην τὴν* G. 17. *λίθους* addidi ex B. *Ἰησοῦς*] *ἴσω* G. 19. *ἕως*] *ὡς* G.

gressi ad Raab meretricem diverterunt; et a rege Iericho perquisiti, absconditi sunt in eius domo, dato ei de salute et securitate iuramento. Reversi vero ad Iesum de exploratu habito retulerunt. Et diluculo surgens Iesus ex Sattin venit cum populo ad Iordanem, ubi expiato Israële, post dies tres Iordanem traiecit, praecedente testimonii domini arca cum portantibus eam sacerdotibus, quorum pedes ubi solum aquae parte tincti sunt, aquae descendentes desuper steterunt in unam concretionem longe superius divisam et oppositam usque ad partem Cariathiarim. Quae autem descendebat, descendit in mare Araba, in mare salis, donec penitus deficeret. Et populus stetit contra Iericho. Et steterunt sacerdotes levantes arcam testamenti domini super aridam in medio Iordanis, donec per aridam transiret omnis populus Iordanem; et constituit aequo numero duodecim honoratos viros filiorum Israël ex praecepto domini, qui assumptos duodecim lapides in perpetuum monumentum ex medio Iordanis detulerunt in castra. Statuitque pariter alios duodecim in Iordane, in loco qui fuit sub pedibus sacerdotum levantium arcam et sunt ibi usque in hodiernum diem. Et mandavit Iesus sacerdotibus: et factum est ut exierunt et posuerunt pedes super terram, descendit aqua impetu suo fluens sicut prius. Ipsi

ἐστρατοπέδευσαν ἐν Γαλγάλοις κατὰ ἀνατολὰς ἀπέναντι Ἱεριχώ.

Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ βασιλεῖς τῶν Ἀμορραίων καὶ οἱ βασιλεῖς οἱ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Φοινίκης κατετάκησαν ἐκπλαγέντες ταῖς διανοίαις. Ἰησοῦς δὲ θείᾳ προστάξει περιέτεμε τὸν λαὸν μαχαίραις πετρίναις ὅσοι διέβησαν τὸν Ἰορδάνην, ὅτι, φησὶν, ἐπὶ τεσσαράκοντα καὶ δύο ἔτη ἀνέστραπται Ἰσραὴλ ἐν τῇ B *ἐρήμῳ· καὶ διὰ τοῦτο ἦσαν οἱ πλεῖστοι τῶν μαχίμων ἀπερίτμητοι· τοῦτο δ' ἦν αἴτιον ὅτι καθ' ἑαυτοὺς ὄντες παντὸς ἀλλογενοῦς κεχωρισμένοι χρείαν οὐκ εἶχον τῆς περιτομῆς. καλῶς ἄρα εἴρηται τῷ θείῳ ἀποστόλῳ ὅτι οὔτε περιτομή τί ἐστιν οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν. τῷ δὲ μβ' ἔτει πεποιηκέναι δοκεῖ πως ἄπορον εἶναι· τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη πανταχοῦ ἐν ταῖς λοιπαῖς θείαις γραφαῖς ὁ Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ φαίνεται ἀναστραφεὶς, εἰ μή πού τις ἐνταῦθα τὸ π' ἔτος Μωϋσέως καὶ τὸ πρῶτον Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ συναριθμεῖσθαι νοήσοι τοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ μ'* C *ἔτεσι καὶ οὕτως εἶναι μβ'. οὗτοι περιτμηθέντες ἡσύχασαν ἕως* V. 115 *τοῦ θεραπευθῆναι, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ τόπου Γάλγαλα. καὶ ἐποίησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ πάσχα τῇ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς ἀπὸ ἑσπέρας ἐπὶ δυσμῶν εἰς Ἱεριχὼ ἐν τῷ πεδίῳ. καὶ ἔφαγον ἀπὸ τοῦ σίτου τῆς γῆς ἄζυμα καινὰ, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ σίτου νέου,*

3] Iosuae cap. V. 4. *κατετάγησαν* G. 5. *ταῖς* B. *τε ταῖς* G. *δὲ* om. G. 9. *ἑαυτοῖς* A. 10. *ἄρα* B. *ἄρ'* G. 11. *ἀκροβυστεία* B. 15. *τὸ* B. *τῷ* G. *ἔτος*] *ἔτους* A. 16. *συναριθμεῖσθαι* B. *συναριθμῆσαι* G. 17. *ἕως* addidi ex B. 19. *τοῦ*] *τούτου* B. 20. *δυσμὸν* A. 21. *καινὰ* B. *κενὰ* G. *καὶ νέα* Iosua V, 11.

vero conscendentes castra metati sunt in Galgalis, ad partem quae est ad ortum solis ab Iericho.

His auditis reges Amorrhaeorum et reges Phoeniciae, qui iuxta mare, magno mentis terrore consternati sunt. Iis ita turbatis Iesus divino iussu populum omnem, qui transierat Iordanem, cultris lapideis circumcidit; eo quod, aiebat, quadraginta et duobus annis versatus est Israël in deserto, ac eam ob rem incircumcisi erant pugnatorum plurimi; cuius ea fuit causa, quod privatim ad se invicem agentes atque ab omni alienigena separati circumcisione non indigebant; propthereaque praeclare divinus apostolus enunciavit: neque circumcisio est aliquid, neque praeputium, sed mandatorum dei observantia. Hoc vero quadragesimo secundo anno praestitisse videtur aliqua ratione dubium. Passim enim in scripturis quadraginta annis legitur Israël in deserto conversatus; nisi forsan aliquis quadraginta in deserto peractis annis Mosis octogesimum et Iesu primum adiungendum excogitaverit; atque ita quadraginta duos annumerandos. Isti porro circumcisionis dolore iactati, medelae habendae causa quieverunt, unde loco nomen inditum Galgala. Et fecerunt filii Israël pascha quarto decimo die mensis primi a vespera ad succedentem solis occasum ad occidentalem partem Hiericho in planitie. Et comederunt de frumento terrae azyma et no-

ὅπερ μέχρι νῦν ἔστιν ἰδεῖν ἐν Ἱεριχὼ κατὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν γενόμενον θερισμὸν σίτου νέου κατὰ τοὺς θερμοτέρους τόπους συμφθάζοντα. ἐξ οὗ καὶ ἡ κατὰ Ἱεροσόλυμα ἁγιωτάτη ἐκκλησία συνήθως προσφέρει τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τῷ καιρῷ τῆς ζωηφόρου ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. ἐν αὐτῇ, φησί, τῇ D ἡμέρᾳ ἐξέλιπε τὸ μάννα μετὰ τὸ βεβρωκέναι αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ σίτου τῆς γῆς, καὶ οὐκ ἔτι ὑπῆρχε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ μάννα. ἐκαρπώσαντο δὲ τὴν χώραν τῶν Φοινίκων ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ. ὄντων δὲ αὐτῶν εἰς Ἱεριχὼ ἀναβλέψας Ἰησοῦς ὁρᾷ ἄνθρωπον ἑστηκότα κατέναντι αὐτοῦ καὶ ἡ ῥομφαία ἐσπασμένη ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ προσελθὼν Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, ἡμέτερος εἶ ἢ τῶν ὑπεναντίων; ὁ δὲ εἶπεν, ἐγὼ ἀρχιστράτηγος κυρίου δυνάμεως νῦν παραγέγονα. καὶ Ἰησοῦς ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν καὶ εἶπε, δέσποτα, τί προστάσσεις τῷ σῷ οἰκέτῃ; καὶ λέγει ὁ ἀρχιστράτηγος κυρίου πρὸς Ἰησοῦν, λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐφ' ᾧ σὺ ἕστηκας τόπος ἅγιός ἐστι. P. 145

Καὶ Ἱεριχὼ συγκεκλεισμένη καὶ ὠχυρωμένη καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῆς ἐξεπορεύετο οὐδὲ εἰσεπορεύετο. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Ἰησοῦν, ἰδοὺ ἐγὼ παραδίδωμί σοι τὴν Ἱεριχὼ ὑπὸ χεῖρα καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς τὸν ἐν αὐτῇ, δυνατοὺς ὄντας ἰσχύϊ. σὺ δὲ περίστησον αὐτῇ πάντας τοὺς μαχίμους κύκλῳ. καὶ ἔσται ὅταν σαλπίσωσι τῇ σάλπιγγι, ἀνακραγέτω πᾶς ὁ λαὸς ἅμα. καὶ ἀνακεκραγότων αὐτῶν πε-

1. νῦν B. σήμερον G. 3. συμφθάνοντα m. 6. ἐξέλειπε B. 12. ἐναντίων G. ἐγὼ et δυνάμεως om. G. 16. ἐφ' B. ἐν G. σὺ add. B. 17] Iosuae cap. VI. 18. ἐξεπορεύετο] ἐπορεύετο G. 19. ἐγὼ om. G. 22. Vulgo ἀνακεκραγέτω.

va, hoc est de frumento novo; quod quidem usque in hodiernum diem facillimum expertu est Hierichuntinis; circa aequinoctium vernum scilicet calidioribus in locis novi frumenti praecocem messem fieri, ex qua sanctissimae Hierosolymorum ecclesiae consuetum est incruentae hostiae celebrari oblationem in vivificae resurrectionis Christi nostri dei solennitate. In eo, inquit, die defecit manna, postquam ipsi manducaverunt de frumento terrae et non ultra adfuit filiis Israël manna. Et comederunt de fructu regionis Phoenicum in anno illo. Cum autem essent in Hiericho respiciens Iesus vidit hominem stantem contra se, et gladius evaginatus in manu eius, et accedens Iesus dixit ei: noster es an adversariorum? Ille vero dixit: princeps militiae domini nunc adveni. Et Iesus cecidit in faciem super terram et dixit ei: domine quid praecipis servo tuo? Et ait princeps militiae domini ad Iesum: solve calceamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas, locus sanctus est.

Et Hierichò clausa atque munita et nemo prodibat ex illa neque introibat. Et dixit dominus ad Iesum: ecce subiectam tibi trado Hiericho et regem eius qui est in ea et potentes qui sunt in fortitudine. Tu autem admove illi bellatores in circuitu. Et erit postquam cecinerint tuba, conclamet omnis populus simul. Et conclamantibus eis cadent sponte moenia

σεῖται πᾶν τὸ τεῖχος τῆς πόλεως αὐτόματον καὶ εἰσελεύσεται πᾶς ὁ λαὸς ὁρμήσας ἕκαστος κατὰ πρόσωπον εἰς τὴν πόλιν. καὶ ἐποίησεν Ἰησοῦς κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ ἀγγέλου ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας κυκλῶν τὴν πόλιν προηγουμένης τῆς κιβωτοῦ· καὶ τῇ ἑβδόμῃ ἠλάλαξεν B ὁ λαὸς, καὶ τὰ τείχη κατέπεσε. καὶ εἰσελθόντες ἀνεθεμάτισαν αὐτὴν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως γυναικὸς καὶ ἀπὸ νεανίσκου ἕως πρεσβυτέρου καὶ ἕως μόσχου καὶ ὑποζυγίου ἐν στόματι ῥομφαίας, χωρὶς Ῥαὰβ τῆς πόρνης καὶ τοῦ οἴκου αὐτῆς. καὶ ἐνεπυρίσθη Ἱεριχὼ σὺν πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῇ πλὴν ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου. ταῦτα γὰρ θεῷ ἀφιερώθη. ἐξ ὧν Ἄχαρ νοσφισάμενος υἱὸς Χαρμὶ υἱοῦ Ζαμβρὶ υἱοῦ Ζαρὰ φυλῆς Ἰούδα ψιλὴν ποικίλην καὶ διακόσια δίδραχμα ἀργυρίου καὶ γλῶσσαν χρυσῆν, ἐλιθοβολήθη ὑπὸ τοῦ Ἰσραὴλ σὺν τέκνοις καὶ γυναικὶ καὶ τοῖς ὑπάρχουσιν εἰς φάραγγα Ἀχώρ. καὶ κατηράσατο Ἰησοῦς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὴν Ἱεριχὼ ἔναντι κυρίου εἰ- C πών, ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὅστις οἰκοδομήσει τὴν πόλιν ἐκείνην, ἐν τῷ πρωτοτόκῳ αὐτοῦ θεμελιώσει αὐτὴν, καὶ ἐν τῷ ἐλαχίστῳ ἐπιστήσει τὰς πύλας αὐτῆς. καὶ ἐποίησεν οὕτως Ἀζὰ ὁ ἐκ Βαιθήλ. ἐν τῷ Ἀβιρὼν τῷ πρωτοτόκῳ αὐτοῦ ἐθεμελίωσεν αὐτὴν καὶ ἐν τῷ Σεγοὺβ τῷ διασωθέντι ἐλαχίστῳ ἐπέστησε τὰς πύλας αὐτῆς.

6. πάντα om. G. 9. τοῦ ἀργυρίου G. 10. χρυσοῦ G. 11. ἄχαρ νοσφισάμενος B. Ἀχαρνος φησάμενος G. Χαρμὶ] Vulgo Χαρμῆ. χαρμεὶ B. υἱοῦ Ζαμβρὶ addidi ex Iosuae VII, 1. υἱοῦ Ζαρὰ] Vulgo υἱὸς Ζαρά. 12. ψιλὴν m. ψέλλην G. 18. Ἀζὰ] Ὀζᾶν Iosua VI, 25. Ἀχιὴλ Regum III. 16, 34. 19. ἀβηρῶν A. ἀβειρῶν B. Ἀβηρὰν G. 20. Σεγοὺβ m ex Reg. III. 16, 34. σεγοῦς AB. Σεγοὺς G.

civitatis et introibit omnis populus impetum faciens unusquisque secundum faciem in civitatem. Et fecit Iesus iuxta verbum angeli per septem dies circumiens civitatem, praeeunte arca domini; septimo vero vociferatus est populus et ceciderunt moenia. Et ingressi devoverunt eam et quaecunque erant in ea, ab homine usque ad mulierem et a iuvene usque ad seniorem et usque ad vitulum et subiugale in ore gladii, dempta Raab meretrice et eius domo. Et incensa est Hiericho cum omnibus quae erant in ea, excepto argento et auro et aere et ferro, haec namque deo consecrata sunt. Achar vero, filius Charmi, filii Zambri, filii Zara, ex tribu Iuda, defraudavit et subtraxit vestem variam et ducentas didrachmas argenti et linguam auream; propterea ab Israël cum filiis et uxore ac omnibus ad eum spectantibus in valle Achor lapidibus est necatus. Et maledixit Iesus Hiericho in die illo coram domino dicens: maledictus homo qui civitatem illam aedificaverit, in primogenito fundamenta eius ponet et in filiorum postremo portas eius addet. Et fecit ita Achiel Bethelita: in primogenito Abiron fundavit eam et in Segus iuniore filio imposuit portas eius.

Τότε παρέδωκε κύριος τῷ Ἰησοῦ τὴν Γαὶ καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς. καὶ ἐνεπύρισεν αὐτὴν χῶμα ἀοίκητον εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐκρέμασε τὸν βασιλέα ἐπὶ ξύλου διδύμου ἕως ἑσπέρας. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ κατοικοῦντες Γαβαὼν πόλιν ἐπίσημον καὶ οἱ κατοικοῦντες τὰς πόλεις τοῦ Εὐαίου δεινότητι σπονδὰς ἐποιήσαντο πρὸς Ἰησοῦν, πόρρωθεν παραγεγονέναι προσποιησάμενοι· οὓς ἐπιγνοὺς V. 116 *ὕστερον διακονεῖν καὶ ξυλοφορεῖν τῷ θεῷ προσέταξε. τούτοις* D *Ἀμορραῖοι ἐπεστράτευσαν ὡς αὐτομολήσασι πέντε βασιλεῖς τῶν Ἰεβουσαίων, ὧν ἦν πρῶτος Ἀδωνιβεζὲκ βασιλεὺς Ἱερουσαλὴμ σὺν τοῖς στρατεύμασι. πρὸς οὓς ἀναβὰς Ἰησοῦς σὺν τῷ Ἰσραὴλ Γαβαωνίτας μὲν ἐλυτρώσατο, τοὺς δὲ Ἀμορραίους κατέκοψε φεύγοντας σὺν τοῖς βασιλεῦσιν αὐτῶν. οἳ καὶ ἐν σπηλαίῳ κρυβόμενοι καταληφθέντες ἐκεῖ κατεκλείσθησαν ἕως κατέπαυσεν ὁ πόλεμος. ἔνθα πολλοὶ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἰσραὴλ κατεκόπησαν, πλείονες δὲ λίθοις χαλάζης οὐρανόθεν ἐπιρριπτομένοις αὐτοῖς ἀπέθα-* P. 146 *νον. τότε θείᾳ δυνάμει προσευξάμενος Ἰησοῦς ἔστησε τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼν καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα Αἰλών, ἕως ἐξεπολέμησε τοὺς ἐχθρούς. καὶ ἐξαγαγὼν τοὺς πέντε βασιλεῖς ἐκ τοῦ σπηλαίου προσέταξε τοὺς ἀρχηγοὺς τοῦ πολέμου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ καταπατῆσαι τοὺς τραχήλους αὐτῶν, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς καὶ παρέλαβε τὰς πόλεις αὐτῶν, αἳ ἦσαν αὐτοῖς πέντε,*

1] Iosuae cap. VIII. *Ἰησοῦ*] Immo *Ἰησοῖ* et p. 146. 2. *αὐτὴν*] *καὶ ἔθηκεν* add. m. *εἰς τὸν αἰῶνα* addidi ex B. 9. *ἀδωνιβεζὲκ* B. *Ἀδὼμ Βεζὲκ* G. Vide Iosuae X, 1. 11. *κατέκοψεν* B. *συνέκοψεν* G. 13. *καταλειφθέντες* AB. 15. *λίθους* A. *ἐπιριπτουμένοις* B. 17. Vulgo *Ἐλών*. Correctum ex Iosuae X, 12.

Eodem tempore tradidit dominus Iesu urbem Gai et regem eius. Et incendit eam et tumulum inhabitabilem eam fecit et regem eius suspendit super lignum geminum usque ad vesperam. His auditis qui Gabaon urbem insignem habitabant, quique munitas Evaeorum urbes occupabant; ex remotis locis se venisse simulantes, cum Iesu foedus inierunt; detecta vero eorum arte iussit eos ministrare et ligna inferre in dei tabernaculum. In hos velut in communis societatis desertores bellum moverunt Amorrhaei et quinque reges Iebuzaeorum, quorum prior erat Adonibezec, rex Hierusalem, adiuncto sibi valido exercitu; in eos vero cum Israël Iesus profectus, Gabaonitas quidem liberavit, Amorrhaeos vero confecit cum regibus eorum, qui quidem in spelunca latentes deprehensi, in ea donec cessaret conflictus inclusi fuerunt, ibidemque gladiis Israël non pauci in frusta concisi, plures autem ex eis grandinis lapidibus caelitus immissis necati sunt. Tunc Iesus orans divina virtute solem supra Gabaon et lunam supra vallem Aelon, donec hostes debellaret, moratus est. Eductisque demum e spelunca quinque regibus a filiorum Israël belli ducibus iussit eorum colla pedibus calcari; et occidit eos et urbes eorum invasit numero

Μακηδὰ καὶ Λόμνα, Λαχὶς, καὶ τὸν βασιλέα Γαζὲρ Ἰαρὰμ βοηθοῦντα τοῖς ἐν Λαχὶς, τήν τε Ὀδολλὰμ καὶ τὴν Χεβρών. τότε παρέλαβε καὶ τὴν Δαβεὶρ καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς καὶ τὰς κώμας αὐτῆς, καὶ πᾶσαν τὴν ὀρεινήν.

B Ἰαβεὶν δὲ ὁ βασιλεὺς Ἀσὼρ ἀθροίσας τοὺς περὶ αὐτόν τε καὶ Σιδῶνα τὴν μεγάλην βασιλεῖς, τούς τε ἀπὸ βορρᾶ καὶ τῆς πεδινῆς καὶ τοὺς ἀπὸ ἀνατολῶν παραλίους Χαναναίους, Χορραίους τε καὶ Ἀμορραίους καὶ Εὐαίους καὶ Ἰεβουσαίους καὶ Φερεζαίους καὶ Χετταίους, τοὺς ὑπὸ τὴν ἔρημον πολλοὺς ὄντας ὡσεὶ ἄμμος τῆς θαλάσσης καὶ δυνατοὺς ἐν ἅρμασι καὶ ἵπποις, ἦλθε πολεμῆσαι πρὸς τὸν Ἰησοῦν· οὓς πάντας παραλαβὼν ἀνεῖλε σκυλεύσας αὐτοὺς καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν. πάντες οἱ βασιλεῖς οὓς παρέδωκε κύριος τῷ Ἰησοῦ κθ', ὧν τὰ ὀνόματα γέγραπται ἐν βίβλῳ. Ἰη-
C σοῦς δὲ πρεσβύτερος προβεβηκὼς, καὶ προσέταξεν αὐτῷ κύριος καὶ ἐκληροδότησε πᾶσαν τὴν γῆν ταῖς ἐννέα καὶ ἡμίσει φυλαῖς, αὐτὸς καὶ Ἐλεάζαρ ὁ ἀρχιερεὺς, ἔναντι κυρίου ἐν Σιλώμ. τῷ δὲ Ἰησοῦ ἐδόθη Θαμναθὰ ἐν ὄρει Ἐφραῒμ, καὶ τῷ Χαλὲβ υἱῷ Ἰεφοννὴ αἰτήσαντι ἐδόθη Χεβρὼν, ὃς καὶ ἐξήλειψε τοὺς τρεῖς υἱοὺς Ἐνὰκ, τοὺς καλουμένους γίγαντας. τῷ δὲ Γοθονοὴλ ὁμομητρίῳ

1. Μακηδὰ, καὶ Λεβνὰ, καὶ Λαχὶς, καὶ Ελὰμ τὸν βασιλέα Γαζὲρ βοηθοῦντα τῆς Λαχὶς παρέλαβεν, τήν τε Οδολλὰμ, καὶ τὴν Χεβρών. τότε παρέλαβεν καὶ τὴν Δαβὶρ, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς m. Vide Iosuae X, 29. Λαχὶς] λάχης A. λαχεὶς B. ἰαρὰμ B. Ιαρὰβ G. 2. τοῖς ἐν λάχεις B. τοῖς ἐλάχης A. τῆς Ελάχης G. ὀδολλὰμ B. Οδολάμ G. χεβρὼν B. Χεβρὼμ G. 6. σιδόνα B. βορρᾶ B. βοῤῥᾶν G. 8. φερεζώους B. 9. ὡσεὶ B. ὡς ἡ G. 10. ἦλθεν AB. ἦλθον G. 14. καὶ προβεβηκὼς G. κύριος B. ὁ κύριος G. 16. Σηλὼ m. 17. Vulgo Ιεφωνία. ἰεφοννὶ B. 19. Γοθονιὴλ G.

quinque, Maceda et Lebna, Lachis et regem Gazer Elam Lachis urbi suppetias laturum et Odollam et Chebron. Mox cepit Dabir et regem eius et vicos eius et omnem montanam regionem.

At Iabin, rex Asor, collectis sibi vicinis Sidonique magnae regibus, nec non qui ad septentrionem vel planitiem vel ad orientem siti sunt, maritimis Chananaeis, Chorraeis, Amorrhaeis, Evaeis, Iebusaeis, Pherezaeis et Chettaeis ad deserti plagam vergentibus et copias ad instar arenae maris confiantibus innumeras, viribus, animo, curribus et equis instructas, in Iesum bellum illaturus movit; ille captos occidit cunctos, diripuit exercitum et urbes depraedatus est. Omnes reges a domino Iesu traditi sunt numero viginti novem eorumque nomina in eius libro descripta reperiuntur. Iesus autem iam senior erat et provectus aetate; et praecipiente ei domino novem et dimidiae tribubus ipse et Eleazar pontifex terram omnem coram domino in Selo sorte divisit. Iesu vero data est Thamnatha in monte Ephraim et Chaleb filio Iephoniae petenti Chebron, qui tres filios Enac, Gigantes vocatos, profligavit. Fratri vero Gothoniel ex eadem matre,

ἀδελφῷ αὐτοῦ υἱῷ Κενὲζ τῷ νεωτέρῳ, καταλαβομένῳ τὴν πόλιν τῶν γραμμάτων Καριαθσεφαρὶν Δαβὶρ Ὀξὰν ἔπαθλον τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα δέδωκε Χαλὲβ εἰς γυναῖκα. αἱ δὲ δύο ἥμισυ φυλαὶ τοῦ Ῥουβὴν καὶ τοῦ Γὰδ καὶ ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ εἰς τὰς οἰκείας κατασχέσεις ἐπανῆλθον, ἃς ἔδωκεν αὐτοῖς Μωϋσῆς, ἔνθα γενόμενοι θυσιαστήριον ἤγειραν, οἷς πολεμῆσαι βουληθέντες D *οἱ ἀπὸ τῶν θ' ‿ φυλῶν, ὡς ἁμαρτάνουσιν εἰς θεὸν, ὅτι ποιοῦσιν ἔξω τῆς κιβωτοῦ προσφοράν· ἐπαύσαντο μετ' εὐλαβείας ἀπολογησαμένων τῶν δύο ἥμισυ φυλῶν, καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς θυσιαστήριον μαρτύριον προσηγόρευον. ἐδόθησαν δὲ καὶ τοῖς Λευίταις πόλεις μη'. τότε Ἰησοῦς συναγαγὼν τὸν Ἰσραὴλ ἅπαντα σὺν τοῖς ἄρχουσι πλεῖστα παραινέσας περὶ θεοσεβείας ἐξαπέστειλεν. αὐτὸς δὲ ἐτελεύτησε ζήσας ἔτη ρι'. καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν Θαμνασαρὰχ ἐν τῷ ὄρει Ἐφραῒμ ἐν ὁρίοις αὐτοῦ, συνθάψαντες αὐτῷ καὶ τὰς πετρίνας μαχαίρας.*

Ἀσσυρίων βασιλεῖς. P. 147

Ἀσσυρίων ιζ' ἐβασίλευσεν Ἀσκατάδης ἔτη λη'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γωιβ'. V. 117

Ἀσσυρίων ιη' ἐβασίλευσεν Ἀμύντης ἔτη με'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γων'.

1. *καταλ —*] *τῷ καταλ —* G. 2. Vulgo *γραμματέων*. Correctum ex Iosuae XV, 16. *Καριαθσεφαρὶν*] *καριαθσεφαρεὶ ἐν* B. *Καριὰθ σεφαρὶ ἐν* (*Σεφαρὶμ* m.) G. *Δαβὶρ* m. *Δαβεὶρ* G. *Ὀξὰν*] *Ἀσχὰν* Iosuae XV, 17. 4. *ῥουβὴν* B. *Ρουβὶμ* G. *Γὰδ*] *γὰμ* A. *γὰν* B. 7. *θ' ‿*] *ἐννέα ἥμισυ* G. 11. *ὁ Ιησοῦς* G. 12. *εὐσεβείας* G. 13. *θαμνὰς σαρὰχ* AB. 14. *ὁρίοις*] *βορείοις* m ex Iosuae XXIV, 30. 19. *ἀμυντὴς* B.

verum patre Cenez nato, iuniori, qui Cariathsepharim Dabir civitatem litterarum expugnaverat, Ascham filiam in praemium Chaleb tradidit. Duae porro tribus Ruben et Gad et dimidia Manasse in proprias possessiones, quas dedit illis Moses, redierunt; reversique altare construxerunt; quibus ideo velut in deum peccantibus ac loco ab arca semoto sacrificium offerentibus, novem et dimidia tribus bellum inferre decernebant; a quo tamen religiose duabus et dimidia tribubus respondentibus abstinuerunt; ac altari nomen fecerunt testimonium. Datae sunt quoque Levitis quadraginta et octo civitates. Tunc Iesu congregato Israël ac cunctis proceribus, longos de religione sermones habuit et ad reliquos misit; ipse vero aetatis 110 mortuus est et sepelierunt eum in Thamnasarach, in monte Ephraim, ad plagam aquilonarem, ubi simul cultros lapideos circumcisionis reposuerunt.

Assyriorum reges.

Assyriorum rex 17 Ascatades annis 38; erat vero mundi annus 3812.
Assyriorum rex 18 Amyntes annis 45, erat vero mundi annus 3850.

Ἀσσυρίων ιθʹ ἐβασίλευσε Βήλοχος ἔτη κεʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γωϟεʹ.

Ἀσσυρίων κʹ ἐβασίλευσε Βαλατόρης ἔτη λʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γϡκʹ.

Ἀσσυρίων καʹ ἐβασίλευσε Λαμπρίδης ἔτη λʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γϡνʹ.

B Ἀσσυρίων κβʹ ἐβασίλευσε Σωσάρης ἔτη κʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γϡπʹ.

Αἰγυπτίων βασιλεῖς.

Αἰγυπτίων λδʹ ἐβασίλευσε Χεβρὼν ἔτη ιγʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γψξʹ.

Αἰγυπτίων λεʹ ἐβασίλευσεν Ἀμεμφῆς ἔτη ιεʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γψοεʹ.

Αἰγυπτίων λϛʹ ἐβασίλευσεν Ἀμενσῆς ἔτη ιαʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γψϟ.

C Αἰγυπτίων λζʹ ἐβασίλευσε Μισφραγμούθωσις ἔτη ιϛʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γωαʹ.

Αἰγυπτίων ληʹ ἐβασίλευσε Μισφρὴς ἔτη κγʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γωζ.

Αἰγυπτίων λθʹ ἐβασίλευσε Τούθμωσις ἔτη λθ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γωμʹ.

Θηβαίων βασιλεῖς.

Θηβαίων λζʹ ἐβασίλευσε Φρουορῶ, ἤτοι Νεῖλος, ἔτη εʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γωπθʹ.

3. βαλατόρης B. Βαλετόρης G. 11. ,γψξβʹ m. 12. ἀμεμφὶς B. Ἀμέφης G. 19. ,γωιζ m. Post 22. G addit Θηβαίων λϛʹ. ἐβασίλευσεν . . . . ἔτη ιδʹ. τοῦ δέ κόσμου ἦν ,γωϟδʹ. 23. φρουορῶ B. φρουορῶν A. Φρουρῶν G. 24. ,γϡηʹ m.

Assyriorum rex 19 Belochus annis 25, mundi vero 3895.
Assyriorum rex 20 Baletores annis 30, mundi vero 3920.
Assyriorum rex 21 Lamprides annis 30, mundi vero 3950.
Assyriorum rex 22 Sosares annis 20, mundi vero 3980.

Aegyptiorum reges.

Aegyptiorum rex 34 Chebron annis 13, anno vero mundi 3762.
Aegyptiorum rex 35 Amephes annis 15, mundi vero 3775.
Aegyptiorum rex 36 Amenses annis 11, mundi vero 3790.
Aegyptiorum rex 37 Misphragmuthosis annis 16, mundi vero 3801.
Aegyptiorum rex 38 Misphres annis 23, mundi vero 3817.
Aegyptiorum rex 39 Tuthmosis, annis 39, mundi vero 3840.

Thebaeorum reges.

[Thebaeorum rex 36 . . . . annis 14, mundi vero 3894.]
Thebaeorum rex 37 Phruron, hoc est Nilus, annis 5, mundi vero 3908.

Θηβαίων λη' ἐβασίλευσεν Ἀμουθαρταῖος ἔτη ξγ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γϡιγ'.

Ἡ τῶν λη' βασιλέων τῶν κατ' Αἴγυπτον λεγομένων Θηβαίων, D *ὧν τὰ ὀνόματα Ἐρατοσθένης λαβὼν ἐκ τῶν ἐν Διοσπόλει ἱερογραμματέων παρέφρασεν ἐξ Αἰγυπτίας εἰς Ἑλλάδα φωνήν, ἐνταῦθα ἔληξεν ἀρχή, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τοῦ ,βϡ' κοσμικοῦ ἔτους, ἔτεσιν ρκδ' μετὰ τὴν σύγχυσιν τῶν γλωσσῶν, λήξασα δὲ εἰς τοῦτο τῷ ,γϡοε' τοῦ κόσμου ἔτει.*

Τῶν δὲ τούτοις ἐφεξῆς ἄλλων νγ' Θηβαίων βασιλέων ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Ἀπολλοδώρου παραδεδομένων τὰς προσηγορίας περιττὸν ἡγούμεθα ἐνταῦθα, ὡς μηδὲν συμβαλλομένας ἡμῖν, παραθέσθαι· ἐπεὶ μηδὲ αἱ πρὸ αὐτῶν.

Σικυωνίων βασιλεῖς. P. 148

Σικυωνίων ιθ' ἐβασίλευσε Σικυὼν ἔτη μβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γϡϟ'.

Σικυωνίων κ' ἐβασίλευσε Πόλυβος ἔτη μγ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δλβ'.

Σικυωνίων κα' ἐβασίλευσεν Ἴναχος ἔτη με'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δοε'.

1. ἀμουθαρταῖος B. ἀμουθάρταιος A, ut videtur. Ἀμουθανταῖος G. 7. Post σύγχυσιν ex B excidit folium unum, quod pertinuit usque ad ἱστορικοὶ p. 149. extrema. 13. om. A. ἰστέον ὅτι ἡ πρώτη στοιχείωσις σύμφωνος ἀκριβῶς μετὰ ἔτη τῶν βασιλέων ἤγουν ἔτη ,γϡοε', ταύτῃ δὲ ἡ στοιχείωσις ἓν ἔτος ἔχει περισσόν. οἶμαι δὲ ὅτι αἱ προσθῆκαι καὶ ἐλλείψεις τῶν ἐτῶν ἐξ αἰτίας τῶν καλλιγράφων γεγόνασι. margo A. 16. Πόλυβος] Vulgo Πολύβιος. Correxi ex Eusebio p. 128. Polybius ante Megalopolitanum nullus fuit.

Thebaeorum rex 38 Amuthantaeus annis 63, mundi vero 3913.

Regum, quibus in Aegypto Thebaeorum nomen inditum, (quorum etiam privata quaeque nomina ex sacris litteris Diospoli desumpta ex Aegyptia in linguam Graecam transtulit Erastothenes), imperium hic desinit. Post linguarum confusionem in orbem inductam et annum ab ea 124 duxit originem, hoc est a mundi conditu 2900 et praesenti tandem 3975 sublatum est.

Aliorum, qui sequuntur, regum Thebaeorum 53 nomina ab eodem Apollodoro scriptis tradita, ceu nullius boni accessioni futura, in medium huc advocare superfluum omnino duximus, cum priorum notitia nullam secum vehat utilitatem.

Sicyoniorum reges.

Sicyoniorum rex 19 Sicyon annis 42, mundi vero 3990.
Sicyoniorum rex 20 Polybus annis 43, mundi vero 4032.
Sicyoniorum rex 21 Inachus annis 45, mundi vero 4075.

Σικυωνίων κβ' ἐβασίλευσεν Ἥφαιστος ἔτη ι'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δρκ'.

Σικυωνίων κγ' ἐβασίλευσεν Ἄδραστος ἔτη ζ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δρλ'.

V. 118 Σικυωνίων κδ' ἐβασίλευσε Πολυφείδης ἔτη λα'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δρλζ'.

Σικυωνίων κε' ἐβασίλευσε Πελασγὸς ἔτη κ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δρξη'.

Ἀργείων βασιλεῖς.

Ἀργείων γ' ἐβασίλευσεν Ἆπις ἔτη λε'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γωη'.

C Ὁ ἐπὶ Ὠγύγου παλαιότατος παρ' Ἕλλησιν ἱστορούμενος ἐν Ἀκτῇ, τῇ νῦν Ἀττικῇ, κατακλυσμὸς, τούτοις γέγονε τοῖς χρόνοις. διαφόρως γὰρ ἱστορεῖται, τῶν μὲν ἐπὶ Φορωνέως, τῶν δὲ ἐπὶ Ἄπιδος λεγόντων. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἀπ' Αἰγύπτου πορεία τοῖς Ἑλλήνων ἱστορικοῖς οὕτω φέρεται διαφόρως κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τῷ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμῷ. συμφωνοῦσι δὲ τούτοις ἐν τούτῳ καὶ Ἰώσηππος καὶ Ἰοῦστος Ἰουδαῖοι ἱστορικοὶ καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου Κλήμης ὁ στρωματεὺς καὶ Τατιανὸς καὶ Ἀφρικανὸς, οὗ καὶ χρῆσιν ἑξῆς παραθώμεθα.

Ἀφρικανὸς ἐν τρίτῳ λόγῳ φησὶ „Φαμὲν τοίνυν ἔκ γε τοῦδε τοῦ συντάγματος Ὤγυγον, ὃς τοῦ πρώτου κατακλυσμοῦ γέγονεν

16. αὐτοὺς Scaliger p. 25. αὐτοῦ G. 21. ἀφρικανοῦ A.

Sicyoniorum rex 22 Vulcanus annis 10, mundi vero 4120.
Sicyoniorum rex 23 Adrastus annis 7, mundi vero 4130.
Sicyoniorum rex 24 Polyphides annis 31, mundi vero 4137.
Sicyoniorum rex 25 Pelagus annis 20, mundi vero 4168.

Argivorum reges.

Argivorum rex 3 Apis annis 35, mundi vero 3808.

Priscum Graecorum historiis celebratum diluvium, quod Ogygi tempore in Actes, quae nunc Attica, regione dicitur accidisse, ad aetatis istius spatium revocandum est; non una quippe ratione narratur. Illi etenim sub Phoroneo, isti Apis aevo contigisse referunt. Ex Aegypto quoque suscepta profectio et eiusdem aetatis ambitu, quo diluvium Ogygaeum circumscribenda, non uno pacto relata in Graecorum monumentis legitur. Illis Iosephus et Iustus rerum Iudaicarum scriptores in hoc consentiunt; sed e nostris Clemens, Stromaton auctor, Tatianus et Africanus, cuius dicta in sequentibus referenda.

Libro operum suorum tertio scribit Africanus: „ex hoc igitur laterculo Ogygum, cui a priori diluvio factum nomen, pluribus e medio sublatis ser-

ἐπώνυμος, πολλῶν διαφθαρέντων διασωθεὶς μετὰ τὴν ἀπ' Αἰ- D γύπτου τοῦ λαοῦ μετὰ Μωϋσέως ἔξοδον γεγενῆσθαι." καὶ μετ' ὀλίγα „Μετὰ δὲ Ὤγυγον διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Ἀττικὴ μέχρι Κέκροπος ρπθ'. τὸν μὲν γὰρ Ὤγυγον Ἀκταῖον, ἢ τὰ πλασσόμενα τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ γενέσθαι φησὶν ὁ Φιλόχορος." καὶ μεθ' ἕτερα „Ἀπὸ Ὠγύγου τοίνυν ἐπὶ Κῦρον, ὅπως ἀπὸ Μωϋσέως ἐπὶ τὸν αὐτοῦ χρόνον ἔτη ͵ασλε'. ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων δέ τινες ἱστοροῦσι κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους γενέσθαι Μωϋσέα· Πολέμων μὲν ἐν πρώτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν λέγων, ἐπὶ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως μοῖρα τοῦ Αἰγυπτίων στρατοῦ ἐξέπεσεν Αἰγύπτου, οἳ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καλου- P. 149 μένῃ Συρίᾳ οὐ πόρρω Ἀραβίας ᾤκησαν, οὗτοι δηλονότι οἱ μετὰ Μωϋσέως. Ἀπίων δὲ Ποσειδωνίου περιεργότατος γραμματικῶν ἐν τῇ κατὰ Ἰουδαίων βίβλῳ καὶ ἐν δ' τῶν ἱστοριῶν φησι κατὰ Ἴναχον Ἄργους βασιλέα Ἀμώσιος Αἰγύπτου βασιλεύοντος ἀποστῆναι Ἰουδαίους, ὧν γίνεσθαι Μωϋσέα. μέμνηται δὲ καὶ Ἡρόδοτος τῆς ἀποστασίας ταύτης καὶ Ἀμώσιος ἐν τῇ δευτέρᾳ, τρόπῳ δέ τινι καὶ Ἰουδαίων, ἐν τοῖς περιτεμνομένοις αὐτοὺς καταριθμῶν."

Τοῦτον τὸν Ἄπιν φησι πρῶτον Αἰγυπτίοις νομισθῆναι θεὸν καὶ Σάραπιν κληθῆναι. οὗτος τὸν ἀδελφὸν Αἰγιαλέα τῆς Ἀχαΐας,

1. μετὰ] κατὰ superscr. in A. ἀπ' αἰγύπτου A. Αἴγυπτον G. 2. γεγενῆσθαι Scaliger. γενήσεσθαι G. γενέσθαι m. 3. Ὤγυγον Scaliger. Ὠγύγου G. 11. οἳ Scaliger p. 26. ἡ G. 12. Vulgo Ἀῤῥαβίας. 13. Vulgo Ποσιδωνίου. 15. Vulgo Ἀμώσιως. 16. γίνεσθαι A. γενέσθαι G.

vatum, aevo illo, quo cum populo Moses profectus est, extitisse affirmamus." Et post nonnulla: „devastato diluvii aquis hominum genere usque ad Cecropis aetatem et annos 189 post Ogygum absque regibus Attica nunc dicta regio permansit. Verum enim vero Actaeum Ogygum vel quaevis alia ficta nomina nusquam extitisse Philochorus affirmat." Aliisque interiectis: „ab Ogygo usque ad Cyrum, velut a Mose ad eundem usque terminum anni numerantur 1235.

Quin immo Graecarum historiarum scriptores spatio temporis eodem Mosen vixisse profitentur; Polemon quidem libro primo dicens: Api Phoronei filio regnante Aegyptiaci exercitus haud modica manus deleta est; fuerunt isti, qui Mosi comites adiuncti Palaestinam, alio nomine dictam Syriam, ab Arabia non longe positam, occupaverunt. Apion autem, Posidonii filius, Grammaticorum accuratissimus, opere adversus Iudaeos edito, Historicorum videlicet quarto refert: Inachi Argivorum regis aetate ab Amosi Aegypti rege Iudaeos Mose duce defecisse. Sane defectionis istius ac pariter Amosis et certo quodam pacto Iudaeorum etiam, quos circumcisorum numero accenset, libro secundo meminit Herodotus.

Apim istum Serapis nomine insignem divinis honoribus ab Aegyptiis exceptum primumque inter divos relatum narrant. Idem fratrem Aegia-

B ὥς φασι, κατέστησε βασιλέα. αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον ἐστάλη σὺν ὄχλῳ.

Τελχῖνες ἐκπεσόντες Πελοποννήσου Ῥόδον ᾤκησαν νῆσον τὴν καλουμένην Ὀφιοῦσσαν.

Τότε Μέμφις ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τούτους ἐκτίσθη τοὺς χρόνους.

Σπάρτα ἐκτίσθη ὑπὸ Σπάρτου παιδὸς Φορωνέως.

V. 119 Ἀργείων βασιλεῖς.

Ἀργείων δ' ἐβασίλευσεν Ἄργος ἔτη ο'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γωμθ'.

Ἀργείων ε' ἐβασίλευσε Κρίασος ἔτη νε'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος
C ,γϡιγ'.

Σποράδην.

Τούτοις τοῖς χρόνοις, ὥς φασι, Προμηθεὺς ἦν, ὃς ἐμυθεύετο πλάττειν ἀνθρώπους ἐξ ἀπαιδευσίας καὶ ἀλογίας εἰς παίδευσιν μετάγων, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ὁ τὴν παλαιὰν κωμῳδίαν, ἐν Σοφισταῖς

Προμηθία γάρ ἐστιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς.

ἑρμηνεύουσι δὲ οἱ Ἀναξαγόρειοι τοὺς μυθώδεις θεοὺς νοῦν μὲν τὸν Δία, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν τέχνην, ὅθεν καὶ τὸ

D Χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρει πολύμητις Ἀθήνη.

4. Vulgo Ὀφιοῦσαν. 8. om. A. 10. ,γωμγ' m. 15. πλάττειν A. πλάττων G. 16. μετάγων A. μετάγειν G. 18. Scribebatur Προμηθεία. ἐν ἀνθρώποις G. ἐν om. A. 19. Vulgo Ἀναξαγόριοι. 21. χεῖρον A. Vulgo ἐρεῖ.

leum, ut vulgo creditur, Achaiae regem instituit. Ipse in Aegyptum cum instructo exercitu missus fuit.

Telechines Peloponneso eiecti Rhodum insulam, Ophiusam prius appellatam, incoluerunt.

Sub idem tempus et istorum annos Memphis in Aegypto fundata est.

Argivorum reges.

Argivis 4 imperavit Argus annis 70; erat porro mundi annus 3843.
Argivis 5 imperavit Criasus annis 55, anno mundi 3913.

Miscellanea.

His, ut aiunt, temporibus vivebat Prometheus, qui e barbaro et agresti victu ad mansuetum et rationi consonum vivendi genus hominibus traductis, eos, referente Platone vetustae comoediae auctore in Sophistis, e luto finxisse commentitie celebrabatur. Promethia enim, sive providentia, hominum mens est; atque expositores ipsi fabulosos deos interpretantur et explanant: mentem quidem Iovem, Minervam artem, unde illud:

Si periere manus, perit ingeniosa Minerva.

Ἀφρικανοῦ.

Καλλίθυια Πείραντος ἐν Ἄργει πρῶτον ἱεράτευσε τῆς Ἥρας.

Τούτοις τοῖς χρόνοις Ἄτλας ὁ Προμηθέως ἀδελφὸς ἄριστος ἀστρολόγος διέλαμπεν, ὡς ἐπιστήμης ἕνεκεν τὸν οὐρανὸν αὐτὸν φέρειν πεφήμισται. Εὐριπίδης δὲ τὸν Ἄτλαντα ὄρος εἶναί φησιν ὑπερνεφές.

Οὗτος κατὰ τοὺς χρόνους Γοθονιὴλ ἤκμαζεν, ὡς μαρτυροῦσι πάντες οἱ ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου ἱστορικοί, ἐν οἷς καὶ Ἀφρικανός φησιν „Οἱ ἀπὸ τῆς Κουρητείας τῆς νῦν Ἀκαρνανίας P. 150 *Κουρῆτες καὶ Κορύβαντες Κνωσσὸν ᾤκισαν, οἱ τὴν ἐν ὅπλοις ἔρρυθμον κίνησιν εὑρόντες. τούτοις τοῖς χρόνοις Σύρος ἱστορεῖται γεγονέναι γηγενής, οὗ ἐπώνυμος ἡ Συρία. ἄλλοι δὲ πρότερον ἔτεσιν ρ'. καὶ περὶ Προμηθέως δὲ καὶ Ἐπιμηθέως τὸ αὐτὸ διαφόρως ἱστοροῦσι καὶ Ἄτλαντος Ἄργου τε καὶ Ἰοῦς τῆς Προμηθέως θυγατρὸς καὶ Πανόπτου. οἱ μὲν γὰρ ὅτι κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ γεγόνασιν, οἱ δ' ὅτι πρότερον ἔτεσιν ξ', ἄλλοι δὲ ϟ'."*

Πᾶσι δὲ τοῖς πρὸ αὐτοῦ σοφωτάτοις ἱστορικοῖς Χριστια- B *νοῖς τε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησιν ἀντιπίπτων Εὐσέβιος Κέκροπα τὸν διφυῆ πρῶτον βασιλεύσαντα μετὰ Ὤγυγον τῆς τότε μὲν*

2. *Καλλίθυια Πείραντος* m. *Καλλιθυσία Σπείραντος* G. *ἱεράτευσε* Scaliger p. 26. *ἱερατεῦσαι* G. 5. *ὡς* A. *τῆς* G. *ὅς* Scaliger. 6. *φησιν* Scaliger. *φασὶν* G. 8. *γαθονιὴλ* A. 11. *Κουρῖται* m. *κουρῆτες* B. *Κνωσσὸν*] Vulgo *Κνῶσον*. *κνώσον* B. *ᾤκισαν* Scaliger p. 26. Vulgo *ᾤκησαν*. 12. *ἔρρυθμον*] Vulgo *εὔρυθμον*. *ἔνρυθμον* Scaliger. 15. *Ἄργου* Scaliger. *ἄργος* A. *Ἄργους* G. 17. *οἱ δ'* B. *οὐδ'* G.

Ex Africano.

Callithya, Pirantis filia, prima sacerdotio functa et Iunoni Argis sacra fecisse traditur.

Temporibus istis Atlas peritissimus astrologus florebat et ob disciplinae praestantiam caelum sustinere affirmatus est. Euripides autem Atlantem nubibus montem altiorem esse testatur.

Ille circa Gothoniel aetatem celebratur; prout cuncti partium nostrarum Historici asserunt, inter quos Africanus haec habet: „Curetes, Curetia, nunc Acarnania, oriundi, alio nomine Corybantes vulgo dicti, Cnossum incoluerunt; et armatorum hominum ad numerum compositi motus inventores extiterunt. Sub idem tempus Syrus, a quo Syriae factum nomen, e tellure ortus dicitur; alii annis centum priorem asserunt; et de Prometheo quidem, de Epimetheo, de Atlante, Argo et Io, Promethei filia, et Panopto diversa evulgant; et isti quidem Cecropi gemina forma conspicuo tempore aequalem, illi annis sexaginta, nonnulli tandem nonaginta antiquiorem memorant."

Cunctis porro Christianorum nec non Iudaeorum, seu etiam malis Graecorum Historicis quavis licet eruditione spectatis adversatus Eusebius, Cecropem bina natura constantem retro Ogygum, Actes regnum, quae nunc

Ἀκτῆς, νῦν δὲ Ἀττικῆς, ὃς ἦν κατὰ Φορωνέα καὶ τὸν μέγα Μωϋσέα πρὸ ἐτῶν τούτων, ἐν οἷς Κέκροψ ἡμῖν ἐστοιχείωται λίαν ἀκριβῶς, ἐπὶ Μωϋσέως γενέσθαι ἀλόγως ἀπεφήνατο τὸν αὐτὸν Κέκροπα καὶ ἀμαρτύρως.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ.

C *Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἔτη κζʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γωνζʹ.*

Οἱ μετὰ Ἰησοῦν πρεσβύτεροι ἡγήσαντο τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη ιηʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γωπδʹ.

Σημειωτέον ὅτι τὸν Φινεὲς υἱὸν Ἐλεάζαρ μετὰ υʹ ἔτη φησὶν ἡ τῶν κριτῶν βίβλος παρεστάναι ἐνώπιον τῆς κιβωτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ τῶν ιαʹ φυλῶν κατὰ τῆς φυλῆς Βενιαμὶν περὶ τῆς με-
V. 120 *λισθείσης γυναικός. τὰ ὀστᾶ Ἰωσὴφ ἀνήγαγον ἐξ Αἰγύπτου οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν Σικίμοις ἐν τῇ μερίδι τοῦ ἀγροῦ, ἣν ἐξώνηται ἀμνῶν ρʹ ὁ Ἰακὼβ παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμώρ, φασὶ δ' ὅτι καὶ τῶν λοιπῶν πατριαρχῶν. ἀποθανόντος δὲ καὶ*
D *Ἐλεάζαρ τοῦ υἱοῦ Ἀαρὼν διεδέξατο τὴν ἱερωσύνην Φινεὲς ὁ υἱὸς αὐτοῦ. ἐτάφη δὲ καὶ Ἐλεάζαρ ἐν ὄρει Ἐφραΐμ, ἐν Γαβαὰθ τῇ μερίδι Φινεὲς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἔνθα καὶ αὐτὸς Φινεὲς τελευτήσας ἐτάφη ἱερατεύσας τοῦ Ἰσραὴλ ἕως τελευτῆς.*

5. om. A. 6. *ἰησοῦ* B. *Ιησοῦς* G. *ἔτος*] *ἔτη* B. *͵γωνζʹ* Bm. *͵γωπδʹ* G. 7 et 8. Ita edidi ex B. Horum loco Goarus posuit *Οἱ πρεσβύτεροι μετὰ τὸν Ιησοῦν ἡγεμόνευσαν ἔτη ιηʹ. τοῦ δὲ κόσμου ͵γωπδʹ*, quae ex margine A sumpta esse ait: sed ibi non leguntur. 9. „Locus corruptus." m. *μετὰ υʹ ἔτη* seclusit G. 16. *ἐδέξατο* G. 17. *ἐμφαλμ* A. *Γαβαάρ* m.

Attica, reliquorum primum suscepisse asseruit. Caeterum ut Phoronei, ita et magni Mosis aetate Ogygus vixit, ante annos nimirum illos, quibus Cecropem, qua potuimus diligentia, vixisse demonstravimus. Eusebius autem ratione nulla, nulliusque auctoris fide nixus Mosis temporibus Cecropem extitisse quasi e tripode pronunciavit.

ANNI MUNDI.

Iesus filius Nave populi dux annis 27; erat porro a mundi conditu annus 3857.

Seniores post Iesum Nave filium populi duces extiterunt annis 18, a mundi nimirum anno 3884.

tissimus Dionysius scribit. Quae fuit apud nos persecutio, ex Imperatoris mandato non sumpsit initium; praevenerat illa tempus eius anno integro, malorumque praenuncius et auctor quisquis ille fuerit, praecurrens, eam in hac urbe movit, et familiarem patriamque superstitionem propagaturus gentilium turbas in nos concitavit. Illi ab eo stimulati, facta sacrilegi facinoris potestate, superstitionem daemonum velut summam religionem colebant, quae adversus nos sentiret. Primum igitur senem quendam Metranum nomine raptum et impia verba proferre iussum, nec obsequentem, fustibus et acutis calamis in facie vulneratum, oculis effossis eductum in suburbana lapidibus obruerunt. Fidelem deinde mulierem (Quintam vocabant) ad idoli fanum ductam adorare cogebant; scelus autem aversam et detestatam, pedibus ligatis per totius civitatis asperiora loca lapidibus instratis aliisque molaribus illisam, simulque verberibus afflictam, in locum eundem deductam saxorum imbre trucidaverunt. Mox unanimi furoris motu ad religiosorum civium domos irrumpentes, eos quos norant vicinos ad tribunalia trahebant, depraedabantur pretiosiorem quamque supellectilem; viliore vero relicta et residuis quibusque ex ligno solum fabrefactis comminutis et per compita combustis, direptae ab hostibus civitatis miserandum exhibuere spectaculum. Suffugiebant itaque et secede-

ὑπαρχόντων ὁμοίως ἐκείνοις οἷς καὶ Παῦλος ἐμαρτύρησε, μετὰ χαρᾶς προσεδέξαντο. καὶ οὐκ ᾔδει τις πλὴν εἰ μή πού τις εἷς ἐκπεσὼν μέχρι γε τούτου τὸν κύριον ἠρνήσατο. ἀλλὰ καὶ τὴν θαυ-
P. 367 μασιωτάτην ποτὲ παρθένον πρεσβῦτιν Ἀπολλωνίαν διαλαβόντες, τοὺς μὲν ὀδόντας ἅπαντες κόπτοντες τὰς σιαγόνας ἐξήλασαν, πυρὰν δὲ νήσαντες πρὸ τῆς πόλεως ζῶσαν ἠπείλουν κατακαύσειν, εἰ μὴ συμφωνήσειεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἀσεβείας κηρύγματα· ἡ δ' ὑποπαραιτησαμένη βραχὺ καὶ ἀνεθεῖσα συντόνως ἐπεπήδησεν εἰς τὸ πῦρ καὶ καταπέφλεκται· Σαραπίωνά τε καταλαβόντες ἐφέστιον σκληραῖς βασάνοις αἰκισάμενοι καὶ πάντα τὰ ἄρθρα διακλάσαντες ἀπὸ τοῦ ὑπερῴου πρηνῆ κατέρραξαν. οὐδεμία δὲ ὁδὸς, οὐ λεωφόρος, οὐ στενωπὸς ἡμῖν βάσιμος ἦν, οὐ νυκτὸς, οὐ μεθ'
B ἡμέραν, ἀεὶ καὶ πανταχοῦ πάντων κεκραγότων· εἰ μὴ τὰ δύσφημά τις ἀνυμνεῖ ῥήματα, τοῦτον εὐθέως δεῖν σύρεσθαί τε καὶ πίμπρασθαι· καὶ ταῦτα ἐπὶ πολὺ μὲν ἤκμασε τὸ πρῶτον. διαδεξαμένους δὲ τοὺς ἀθλίους ἡ στάσις καὶ πόλεμος ἐμφύλιος τὴν καθ' ἡμῶν ὠμότητα πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ἔτρεψε. καὶ σμικρὸν μὲν προσαπεπνεύσαμεν, ἀσχολίαν τοῦ πρὸς ἡμᾶς θυμοῦ λαβόντων· εὐθέως δὲ ἡ τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς ἐπιφανεστέρας ἡμῖν μεταβολὴ διήγγελται, καὶ πολὺς ὁ τῆς ἐφ' ἡμᾶς φόβος ἐπανέτεινε τὸ κήρυγμα. καὶ παρῆν τὸ πρόσταγμα αὐτοσχέδιον εἰπεῖν,

3. τούτου τὸν ex Eusebio. Vulgo τοῦτον. 5. ἅπαντες] πάντας G. 6. νήσαντες] ἅψαντες P. 7. ἡ δή που παραιτησαμένη G. 8. συντόνως] συντόμως G. 9. τε] δὲ G. 18. ἀσχολίαν δὲ τοῦ G.

bant fratres, bonorumque direptionem, ad instar eorum quibus attestatur Paulus, cum gaudio sustinebant. Nec novi, nisi forsan ex millibus unum, qui fide lapsus hucusque dominum negaverit. His adde mirandam ea aetate virginem seniorem Apolloniam, cui cum dentes excussissent, maxillas etiam effregerunt, rogoque ante civitatem incenso, nisi blasphemis impietatis verbis assentiretur, vivam se combusturos minati sunt; at illa petita cogitandi mora, sibi relicta, celer in ignem insiliens flammis consumpta est. Serapionem quoque indigenam duris tormentis cruciatum, omnibusque membris confractum praecipitem e coenaculo detruserunt. Nulla vero via, nulla platea, nullus angiportus, noctu vel interdiu a nobis tuto poterat peragrari, cunctis omni tempore locoque clamore importuno insequentibus; nisi quis religiosis verbis fidem Christianam laceret, hunc confestim in iudicium trahi et igne consumi necesse est. Atque ista quidem sub initio violentius sunt grassata; quae tamen miseros excepere seditio et bellum intestinum exercitam prius in nos in proprios invicem auctores feritatem convertit. Hoc pacto respirandi tempus concessum est, ac incensus in nos furor recepit intervallum. Illucens tamen mitioris illius Imperii facies subita mutatione nunciatur obtenebrata; frequensque repetitis minis timor incussus rei crebro nuncio divulgatae praebebat argumentum. Iamque ultro mandatum aderat, ipsum ita dicam a domino praedictum,

οἷον τὸ προῤῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἢ παρὰ βραχὺ τὸ φοβερώ- C
τατον, ὡς εἰ δυνατὸν σκανδαλισθῆναι καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. πλὴν
πάντες γε κατεπτήχεσαν. καὶ πολλοὶ μὲν εὐθέως τὴν περιφανε-
στέραν οἱ μὲν ἀπήντων δεδιότες, οἱ δὲ δημοσιεύοντες ὑπὸ τῶν
πράξεων ἤγοντο, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐτοῖς ἀφείλκοντο, ὀνο-
μαστί τε καλούμενοι ταῖς ἀνάγνοις καὶ ἀνιέροις θυσίαις προσῄε-
σαν, οἱ μὲν ὠχριῶντες καὶ τρέμοντες, ὥσπερ οὐ θύσοντες, ἀλλ'
αὐτοὶ θύματα καὶ σφάγια τοῖς εἰδώλοις ἐσόμενοι, ὡς ὑπὸ πολ-
λῶν τοῦ περιεστῶτος δήμου χλεύην αὐτοῖς ἐπιφέρεσθαι καὶ ἄλ-
λους μὲν εἶναι πρὸς πάντας δειλούς, ὑποτρέμοντας καὶ πρὸς τὸ
τεθνάναι καὶ πρὸς τὸ θῦσαι· οἱ δέ τινες ἑτοιμότεροι τοῖς βω- D
μοῖς προσέτρεχον, ἰσχυριζόμενοι τῇ θρασύτητι τὸ μηδὲ πρότερον
γεγονέναι Χριστιανούς· περὶ ὧν ἡ τοῦ κυρίου πρόῤῥησις ἀληθε-
στάτη ὅτι δυσκόλως σωθήσονται. τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν εἵποντο
τούτοις ἑκατέροις, οἱ δὲ ἔφευγον, οἱ δὲ ἡλίσκοντο. καὶ τούτων
οἱ μὲν ἄχρι δεσμῶν καὶ φυλακῆς χωρήσαντες, καί τινες πλείονας
ἡμέρας καθειρχθέντες, εἶτα καὶ πρὶν ἐπὶ δικαστήριον ἐλθεῖν
ἐξωμόσαντο· οἱ δὲ καὶ βασάνοις ἐπὶ πόσας ἐγκαρτερήσαντες, V. 293
πρὸς τὸ ἑξῆς ἀπείποντο· οἱ δὲ στεῤῥοὶ καὶ μακάριοι στῦλοι τοῦ
κυρίου κραταιωθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰσχυρᾶς ἐν αὐτοῖς P. 368
πίστεως ἀνάλογον καὶ ἀξίαν δύναμιν καὶ καρτερίαν λαβόντες
θαυμαστοὶ γεγόνασιν αὐτοῦ τῆς βασιλείας μάρτυρες. ὧν πρῶτος

3. κατεπτήκεσαν G. 6. τε om. G. ἀνάγκαις καὶ ἀνιέραις G. προσίεσαν A. 20. αὐτοῦ] αὐτῷ G.

aut terrori incutiendo non omnino absimile, quo, si fieri potest, etiam electi scandalum paterentur. Omnes itaque stupore insolito percussi. Atque ex illis quidem qui dignitate caeteris praeibant, quidam solo metu ducti se offerebant ultro, aliis omnium oculis expositi propriis actibus arguebantur, nonnulli etiam a sibi coniunctioribus trahebantur, ac de nomine singuli vocati ad impura profanaque sacrificia accesserunt. Horum nonnulli pallidi trementesque, quasi non ipsi sacris operaturi, sed velut victimae forent idolis immolandi conspiciebantur; adeo ut a circumstante populo conviciis appeterentur, et imbelles vilesque argui sive mori sive immolare oporteret. Alii libentius procurrerunt ad aras, perfrictaque fronte Christianos se prius non fuisse asseverabant; in quibus vaticinii dominici veritas comprobatur; non nisi difficile salvandos. Ex reliquis hi quidem sequebantur memoratos utrosque, aliqui fugae se committebant, alii denique capti detinebantur; quorum certe nonnulli usque ad vincula carceresque processerunt, quidam etiam diuturniore custodia conclusi, priusquam ad tribunal raperentur, fidem eiuraverunt; alii tormentis etiam aliquandiu superatis, demum animo ac fide desponderunt; postremi denique velut firmae felicesque domini columnae ab eo roborati, animo viribusque constanti fortique fidei respondentibus assumptus, insignes ac conspicui regni eius martyres ac testes evaserunt. Eorum primus fuit Iulia-

Ἰουλιανὸς ἄνθρωπος ποδαλγὸς, μὴ στῆναι μηδὲ βαδίσαι δυνάμενος, σὺν ἑτέροις δύο τοῖς φέρουσιν αὐτὸν προσήχθη, ὧν ὁ μὲν ἕτερος εὐθὺς ἠρνήσατο, ὁ δὲ ἕτερος Κρονίων ὀνόματι, ἐπίκλην δὲ ὁ Νοῦς, καὶ αὐτὸς ὁ πρεσβύτερος Ἰουλιανὸς ὁμολογήσαντες τὸν κύριον, διὰ πάσης τῆς πόλεως μεγίστης οὔσης, ὡς ἴστε, καμήλοις ἐποχούμενοι καὶ μετέωροι μαστιγούμενοι, τέλος
B ἀσβέστῳ πυρὶ κεχυμένου τοῦ δήμου παντὸς κατεκάησαν. στρατιώταις τε αὐτοῖς ἀπαγομένοις παραστὰς καὶ τοῖς ἐφυβρίζουσιν ἐναντιωθεὶς ἐκβοησάντων ἐκείνων προαχθεὶς ὁ ἀνδρειότατος ὁ πρόμαχος τοῦ θεοῦ Βησᾶς κἀν τῷ μεγάλῳ πολέμῳ τῷ περὶ τῆς εὐσεβείας ἀριστεύσας ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. καί τις ἕτερος τὸ μὲν γένος Λίβυς, τὴν δὲ προσηγορίαν ἅμα καὶ τὴν εὐλογίαν ἀληθὴς Μάκαρ, προτροπῆς αὐτῷ πολλῆς ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ γενομένης, πρὸς ἄρνησιν οὐχ ὑπαχθεὶς, ζῶν καταπέφλεκται. Ἐπί-
C μαχός τε καὶ Ἀλέξανδρος μετὰ πολὺν ὃν ἔμειναν δεσμῶται χρόνον μυρίας διενεγκόντες ἀλγηδόνας, ξυστῆρας, μάστιγας, πυρὶ ἀσβέστῳ καὶ οὗτοι διεχύθησαν, καὶ σὺν αὐτοῖς γυναῖκες τέσσαρες, Ἀμμωναρία τε ἁγία παρθένος, πάνυ φιλονείκως αὐτὴν τοῦ δικαστοῦ βασανίσαντος, ἅτε προσαποφηναμένην ὅτι μηδὲν ὧν ἐκεῖνος κελεύει φθέγξαιτο, ἀληθεύσασα τὴν ἐπαγγελίαν ἀπήχθη. αἱ δὲ λοιπαὶ σεμνοτάτη πρεσβῦτις Μερκουρία καὶ αἱ ὑπόλοιπαι

1. ποδαλγὸς] ποδαγρὸς G. 3. ἐπίκλην δὲ] δὲ om. G. 4. ὁ Νοῦς] ὀναὺς P. Εὔνους apud Eusebium. 10. κἀν] καὶ G. 12. λιβύης A. 15. ὃν] ὧν A. δεσμῶται] δεσμῶν G. 18. ἀμμοναρία hic et infra A.

nus, podagrae morbo correptus, qui neque stare neque incedere poterat; qui demum cum duobus aliis eum gestare solitis ad iudicem adducitur; quorum alter confestim negavit, secundus Cronion nomine, Benignus cognominatus, ac ipse senior Iulianus dominum confessi; per totam urbem amplam, ut scitis, camelis impositi, et in sublime elati verberibusque cruciati, tandem ingenti rogo incenso, circumfusa populi multitudine spectante consumuntur. Miles autem eos ad mortem rapientibus ex adverso resistens, martyrumque iniurias benigne ulcisci conatus, succlamantibus illis productus in arenam, generosissimus athleta defensorque fidei Besas, ingenti pro pietate certamine fortiter tolerato, capite truncatur. Alius quoque, genere quidem Afer, nomine vero ac simul felici omine Beatus Macar, plurimis quibus fuerat usus iudex illecebris ad fidem negandam nusquam abductus, vivus crematus est. Epimachus etiam et Alexander post longum in vinculis tempus innumerosque dolores toleratos, novaculas et verbera perpessi, ardentissimis flammis demum et ipsi perierunt. Adiectae sunt illis ad coronam mulieres quatuor et Ammonaria sancta virgo; quam cum adhibito studio iudex torqueret ceu professam nihil eorum quae iuberet eloquuturam, promissumque facti constantia adimpleret, ad supplicium abducitur. Inter reliquas autem honoratissima senior Mercuria et

μὲν οὐχ ὑπὲρ τὸν κύριον δὲ ἀγαπήσασαι τὰ τέκνα Διονυσία, καταιδεσθέντες εἰς ἀνήνυτον ἔτι βασανίζειν καὶ ὑπὸ γυναικὸς ἡττᾶσθαι τοῦ ἡγεμόνος σιδήρῳ τεθνέασι μηκέτι πεῖραν λαβοῦσαι. τὰς γὰρ ὑπὲρ πασῶν ἡ πρόμαχος Ἀμμωναρία ἀναδέδεικται. D

Ἔτι περὶ τῶν ἐν Χριστῷ τελειωθέντων κατὰ τὸν ἐπὶ Δεκίου διωγμὸν ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ μακαρίου Διονυσίου ἐπιστολῆς.

Ἥρων δὲ καὶ Ἀστὴρ καὶ Ἰσίδωρος Αἰγύπτιοι καὶ σὺν αὐτοῖς παιδάριον ὡς πεντεκαιδεκαετὴς Διόσκορος παρεδόθησαν. καὶ πρῶτον τὸ μειράκιον λόγοις τε ἀπατᾶν ὡς εὐπαράγωγον καὶ βασάνοις καταναγκάζειν ὡς εὐένδοτον πειρωμένου, οὔτε ἐπείσθη οὔτε εἶξεν ὁ Διόσκορος. τοὺς δὲ λοιποὺς ἀγριώτατα ξήνας, ἐγκαρτερήσαντας πυρὶ καὶ τούτους ἔδωκε. τότε Διόσκορον ἐλλαμπρυνόμενόν (P. 369) τε δημοσίᾳ καὶ σοφώτατα πρὸς τὰς ἰδίας πεύσεις ἀποκρινόμενον θαυμάσας παρῆκεν, ὑπὲρ ὧν ἦν φήσας εἰς μετάνοιαν αὐτὸν διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιμετρεῖν. καὶ νῦν θεοπρεπέστατος σὺν ἡμῖν ἐστι Διόσκορος εἰς μακρότερον τὸν ἀγῶνα καὶ διαρκέστερον εἶναι τὸν ἆθλον. Νεμεσίων τις κἀκεῖνος Αἰγύπτιος ἐσυκοφαντήθη μὲν ὡς δὴ σύνοικος λῃστῶν· ἀποδυσάμενος δὲ ταύτην παρὰ τῷ ἑκατοντάρχῃ τὴν ἀλλοτριωτάτην διαβολὴν καταμηνυθεὶς, ὡς Χριστιανὸς, ἧκε δεσμώτης ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα. ὁ δὲ V. 294

1. τὸν om. G. 10. πειρώμενον G. 12. καὶ om. G. 18. σύνοικος] σύνοικον A.

multis liberis, quos tamen supra dominum non diligeret, inclyta Dionysia, pudore suffuso iudice, quod a feminis vinceretur, alia tormenta nusquam expertae ferro vitam finierunt; pro reliquis siquidem tanquam in aciei fronte tormentorum satis exceperat Ammonaria."

Ex eadem B. Dionysii epistola de iis, qui in Decii persecutione pro Christo mortem sustinuere.

Heron autem et Aster et Isidorus Aegyptii, et una cum illis adolescentulus annos 15 natus Dioscorus traditi sunt. Et primum adolescentulum, ceu qui facile suaderetur, illecebris trahere tormentisque iudicatum inferiorem, iudex conatus vi superare; neque suasum neque emollitum reperit Dioscorum. Reliquos exinde crudelissime dilaceratos, ut perseverantes conspexit, igni dedit absumendos. Tunc quoque Dioscorum ob notam publice animi generositatem et propter responsa singulis interrogatis reddita iudex miratus, liberum dimisit; affirmans se propter aetatis imbecillitatem resipiscentiae tempus velle tribuere. Nunc autem ea qua decet in deum pietate, nobiscum versatur Dioscorus et ad difficiliorem pugnam prolixiusque certamen sustinendum ex praeteriti memoria exercetur. Caeterum Nemesion quidam etiam Aegyptius falso velut latronum socius delatus est, quam calumniam coram centurione cum a se depulisset, velut sibi exosam et alienam, demum ceu Christianus apud praefectum

B ἀδικώτατος διπλαῖς αὐτὸν ἢ τοὺς λῃστὰς βασάνοις τε καὶ μάστιξι λυμηνάμενος μεταξὺ τῶν λῃστῶν κατέφλεξε, τιμηθέντα τὸν μακάριον τῷ τοῦ Χριστοῦ παραδείγματι. ἀθρόον δέ τι σύνταγμα στῖφος στρατιωτικὸν, Ἄμμων καὶ Ζήνων καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἰγγένης καὶ σὺν αὐτοῖς πρεσβύτης Θεόφιλος εἱστήκεισαν πρὸ τοῦ δικαστηρίου. κρινομένου δέ τινος ὡς Χριστιανοῦ καὶ πρὸς ἄρνησιν ῥέποντος ἐπρίοντο οὗτοι παρεστηκότες καὶ τοῖς προσώποις ἐνένευον καὶ τὰς χεῖρας ἀνέτεινον καὶ συνεσχηματίζοντο τοῖς σώμασιν. ἐπιστροφῆς δὲ πάντων πρὸς αὐτοὺς γενομένης, πρίν τινας αὐτῶν ὅλως λαβέσθαι, φθάσαντες ἐπὶ τὸ βάθρον ἀνέ-
C δραμον εἶναι Χριστιανοὶ λέγοντες, ὥστε τὸν ἡγεμόνα καὶ τοὺς συνέδρους ἐν φόβῳ γενέσθαι, καὶ τοὺς μὲν κρινομένους εὐθαρσεστάτους ἐφ᾽ οἷς πείσονται φαίνεσθαι, τοὺς δὲ δικάζοντας ἀποδειλιᾶν. καὶ οὗτοι μὲν ἐκ δικαστηρίων ἐνεπόμπευσαν καὶ ἠγαλλιάσαντο τῇ μαρτυρίᾳ, θριαμβεύοντος αὐτοὺς ἐνδόξως τοῦ θεοῦ.

Ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατὰ χώρας καὶ κώμας ὑπὸ τῶν ἐθνῶν διεσπάσθησαν, ὧν ἑνὸς παραδείγματος ἕνεκεν ἐπιμνησθήσομαι. Ἰσχυρίων ἐπετρόπευέ τινι τῶν ἀρχόντων. τοῦτον ὁ μισθοδότης ἐκέλευσε θῦσαι, μὴ πειθόμενον δὲ ὑβρίζων, ἐμμένοντα προὐπηλάκιζε, βακτηρίαν μεγάλην λαβὼν διὰ τῶν ἐντέρων καὶ τῶν σπλάγχνων διώ-
D σας ἀπέκτεινε. τί δεῖ λέγειν τὸ πλῆθος τῶν ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσι

4. στρατιωτικὸν] στρατιωτῶν G. 7. ἐπρίοντο ex Eusebio. Vulgo ἐπριῶντο. 11. ὥστε] ὡς ὅτι G. 12. γενέσθαι] κρίνεσθαι G. 14. ἐκ] ἀπὸ G.

vinctus accusatur. Iste, ceu qui nefarium scelus a se vellet editum, catenis duplo gravioribus, suppliciisque et verberibus, quam quae latronibus infligerentur, cruciatum; Christi tamen exemplo beatum honoratumque, medium inter duos latrones igni comburendum pronunciavit. Confestim porro quaedam militum turma Ammon, Zeno, Ptolemaeus et Ingenes et cum eis senior quidam Theophilus coram tribunali adstitit. Quodam igitur fidei Christianae nomine examinato, iamque ad Christum abnegandum proclivi, illi assistentes infremebant; animis, vultu innuebant, manibus elatis signa dabant, uno verbo totis corporibus ut animos adderent, distorquebantur. Omnium autem ad eos versis adspectibus, nullo eorum adhuc deprehenso, ad subsellia sponte accurrere, Christianos se esse sponte professi, adeo ut praefectus et assessores deinceps metu quasi iudicandi corripi, ipsi vero iudicati obiectis tormentis, pavidis tamen iudicibus audaciores facti viderentur. Ita tribunalibus in ipsis tropaea statuere, testimonioque reddito ovare, Christo summa cum gloria in eis triumphante, coeperunt.

Alii vero per urbes et vicos distrahebantur, quorum unius exempli memoria mihi est agenda. Ischyrion mercede conductus cuiusdam nobilis procuratorem agebat. Is qui conduxerat, iubet idola sacrificiis colere, iussa detrectantem conviciis incessit dominus et in instituto perseveranti sude acuta per ventrem et viscera adacta vitam eripit. Quid porro ne-

πλανηθέντων ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης καὶ κρύους καὶ λῃστῶν καὶ νόσων καὶ θηρίων διεφθαρμένων, ὧν οἱ περιγενόμενοι τῆς ἐκείνων εἰσὶν ἐκλογῆς καὶ νίκης μάρτυρες; ἓν δὲ καὶ τούτων εἰς δήλωσιν ἔργον παραθήσομαι. Χαιρήμων ἦν ὑπέργηρως τῆς Νείλου καλουμένης πόλεως ἐπίσκοπος. οὗτος εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος ἐπανεληλύθεν, οὐδὲ ἠδυνήθησαν ἰδεῖν οὐκέτι, καίπερ πολλὰ διερευνησάμενοι, οἱ ἀδελφοὶ οὔτε αὐτοὺς οὔτε τὰ σώματα αὐτῶν. P. 370 πολλοὶ δὲ οἱ κατ' αὐτὸ τὸ Ἀραβικὸν ὄρος ἐξανδραποδισθέντες ὑπὸ βαρβάρων Σαρακηνῶν οἱ μὲν μόλις ἐπὶ πλείστοις χρήμασιν ἐλυτρώθησαν, οἱ δὲ μέχρι καὶ νῦν οὐδέπω. ταῦτα διεξῆλθον οὐ μάτην, ἀδελφέ, ἀλλ' ἵνα ἴδῃς ὅσα καὶ ἡλίκα δεινὰ παρ' ἡμῖν συνέβη, ὧν οἱ μᾶλλον πεπειραμένοι πλεῖον ἂν εἴδοιεν. καὶ μετὰ βραχύ· αὐτοὶ τοίνυν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ' ἡμῖν οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοὶ καὶ μέτοχοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ καὶ συνδικάζοντες αὐτῷ τῶν παραπεπτωκότων ἀδελφῶν τινας ὑπευθύνους τοῖς τῶν θυσιῶν ἐγκλήμασι γενομέ- B νους προσελάβοντο, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν αὐτῶν ἰδόντες δεκτήν τε γενέσθαι δυναμένην τῷ μὴ βουλομένῳ τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ καθόλου ὡς τὴν μετάνοιαν, δοκιμάσαντες προσεδέξαντο καὶ συνήγαγον καὶ προσευχῶν αὐτοῖς ἐκοινώνησαν καὶ ἑστιάσεως. τί οὖν ἡμῖν, ἀδελφοί, περὶ τούτων συμβουλεύετε; τί ἡμῖν πρακτέον; σύμψυχοι καὶ ὁμογνώμονες αὐτοῖς

3. τούτων] τούτῳ G. 12. πλεῖον] πλείονα G. 20. καὶ συνήγαγον] καὶ om. G.

cesse est per solitudines et montes vagantium commemorare turbas, fame, siti, frigore, latronibus, morbis et feris confectas, quorum superstites selectae illorum cohortis eorundemque victoriae testes existunt; tamen unum vel aliud exemplum proferam quo virtus eorum manifesta fiat et perspecta. Chaeremon provecta iam aetate civitatis Nili nomine fuit episcopus. Hic cum coniugii consorte in Arabium montem arrepta fuga, nusquam reversus est, neque fratrum quisquam omni licet quaerendi posita diligentia, eos vel eorum corpora comperit. Permulti sane in Arabico monte a barbaris Saracenis in captivitatem ducti sunt, quorum quidam vix magno pretio redempti, alii etiam hucusque suis restitui non potuere. Haec non incassum a me sunt relata, frater, sed ut cognoscas quantae qualesve calamitates nos undique impetierint, quas qui magis fuerint experti, copiosius etiam noverint enarrare. Nec multis interiectis prosequitur. Divini martyres isti, Christi nunc assessores, illiusque regni participes et in iudicii consortium adsciti, fratres quondam lapsos et sacrorum criminibus obnoxios, dum adhuc inter nos versarentur, susceperunt; probataque eorum conversione et poenitentia, quam ei, qui non ita mortem peccatoris, quam emendationem morum exquirit, acceptam fore iudicantes, in ecclesiae sinum admiserunt, sacris allegerunt conventibus, suffragiis comitati sunt et precum et epularum communionem largiti. Quid igitur consilii de talibus datis, fratres? Quid facto est opus? Uno cum eis feremur

καταστῶμεν καὶ τὴν κρίσιν αὐτῶν τῇ χάριτι φυλάξωμεν, καὶ τοῖς ἐλεηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν χρηστευσώμεθα ἢ τὴν κρίσιν αὐτῶν ἄδικον V. 295 ποιησώμεθα καὶ δοκιμαστὰς αὐτοὺς τῆς ἐκείνων γνώμης ἐπιστή- C σωμεν καὶ τὴν χρηστότητα λυπήσωμεν καὶ τὴν τάξιν ἀνασκευάσωμεν; σαφῶς διὰ τούτων ἐλέγχει τὴν Ναυάτου μισανθρωπίαν ὁ ἱερὸς Διονύσιος.

Ὅς Ναυᾶτος πρεσβύτερος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ὢν κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους τῆς ἐπισκοπῆς ἀναξίως ὀρεγόμενος καὶ ἀποτυχὼν ἐν ἄλλοις τε ἀτοπήμασι κατεγνωσμένοις μάλιστα φιλαργυρίᾳ καὶ οἰήσει καὶ φιλαυτίᾳ, προφάσει δῆθεν τῶν ἐπιθυσάντων ἐπὶ τῷ κατὰ Δέκιον διωγμῷ, καὶ διὰ μετανοίας παραδεχθέντων εἰς κοινωνίαν τῇ ἐκκλησίᾳ, ταύτης ἀπέσχισεν ἀρχηγὸς καὶ αἱρεσιάρχης τῶν ἑαυτοὺς Καθαροὺς ὀνομαζόντων δι' ὑπερήφανον γνώμην ὀφθείς, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξωσθεὶς τοῦ παραδείσου D τῆς ἐκκλησίας ψήφῳ πατέρων ἁγίων ἑξήκοντα συνελθόντων ἐν Ῥώμῃ.

Περὶ τῆς κατὰ Ναυάτου συνόδου γενομένης ὑπὸ Κορνηλίου ἐν Ῥώμῃ.

Συνοδικῶς ὅτι μετὰ πλείστων πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, καὶ τοῦτον ἐκκηρυξάντων σὺν τοῖς ὁμόφροσιν ἀπανθρώποις, τοὺς

2. ἢ τὴν — ποιησόμεθα ex P accesserunt. Correxi ποιησώμεθα ex Eusebio. 4. τὴν χρηστότητα] τὴν om. G. 8. τούτους δὲ] τούσδε G. 11. τῷ — διωγμῷ] τὸν — διωγμὸν G. 12. ἀπέσχισεν AP. ἀπέσχισαν G. 14. παραδείσσου A. 20. ἐκκηρυξάντων P. ἐκήρυξαν τῶν G.

animo et in unam ibimus sententiam? Annon eorum iudicium gratia nostra volemus confirmatum, et benigne ab eis iamdiu susceptis humanitatem exhibebimus? Aut certe irritam reddemus eorum sententiam, iudicium eorum censurae nostrae subiiciemus examinandum, tetrici illorum clementiae sedebimus censores et quem iam rebus afflictis apposuerunt ordinem, evertemus? Verbis istiusmodi Novati inhumanitatem luculenter satis arguit sacer Dionysius.

Novatus iste cum ea tempestate ecclesiae Romanae presbyter foret, summi episcopatus quo non est potitus, ambitione ferebatur. Pluribus autem criminibus avaritiae nimirum, aestimationis et amoris proprii obnoxius, eorum qui in Decii persecutione sacrificaverant et in ecclesiae communionem poenitentes fuerant recepti praetextu, ab ea se ipsum voluit rescissum, dux et signifer haereseos Puros sese iactantium elato supercilio constitutus et cum eis ex ecclesiae paradiso sanctorum 60 patrum Romam convenientium decreto expulsus est.

De synodo adversus Novatum sub Cornelio Romae congregata.

Magna presbyterorum et diaconorum frequentia cum inhumanis eiusdem sententiae sequacibus damnatus est Novatus; lapsi vero fratres acta

δὲ παραπεπτωκότας ἀδελφοὺς διὰ μετανοίας δεξαμένων. τῆς δὲ τοιαύτης συνόδου Κορνήλιος ἐπίσκοπος Ῥώμης ἐξῆρχεν, ὃς καὶ P. 371 *γράφει πρὸς Φάβιον ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας τὰ παραστάντα τῇ συνόδῳ, καὶ πάλιν ἰδίως περὶ τῆς Ναυάτου κακοπραγίας λέγων· ἵνα δὲ γνῷς ὅτι πρόπαλαι ὀρεγόμενος τῆς ἐπισκοπῆς ὁ θαυμάσιος καὶ κρύπτων ἐν ἑαυτῷ τὴν προπετῆ ταύτην ἐπιθυμίαν ἐλάνθανεν, ἐπικαλύμμασι τῆς αὐτοῦ ἐπινοίας τὸ καταρχὰς σὺν αὐτῷ τοὺς ὁμολογοῦντας ἐσχηκέναι χρώμενος, εἰπεῖν βούλομαι. Μάξιμος πρεσβύτερος τῶν παρ' ἡμῖν καὶ Οὐρβανὸς δὶς τὴν ἐξομολογίας δόξαν ἀρίστην καρπωσάμενοι, Σιδώνιός τε καὶ Κελερῖνος, ἀνήρ, ὃς πάσας βασάνους διὰ τὸν τοῦ θεοῦ ἔλεον καρτερικώτατα διενεγκών, καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς* B *ἐπιρρώσας, κατὰ κράτος νενίκηκε τὸν ἀντικείμενον· οὗτοι δὴ οὖν οἱ ἄνδρες κατανοήσαντες αὐτὸν καὶ καταφωράσαντες τὴν ἐν αὐτῷ πανουργίαν τε καὶ παλιμβουλίαν τάς τε ἐπιορκίας καὶ τὰς ψευδολογίας καὶ τὴν ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ καὶ λυκοφιλίαν ἐπανῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν· καὶ ἅπαντα αὐτοῦ τὰ τεχνάσματα καὶ πονηρεύματα, ἃ ἐκ πολλοῦ ἔχων ὑπεστέλλετο, παρόντων τοῦτο μὲν ἐπισκόπων, τοῦτο δὲ πρεσβυτέρων καὶ λαϊκῶν παμπόλλων, ἐξήγγειλαν, ἀποδυρόμενοι καὶ μεταγινώσκοντες ἐφ' οἷς πεισθέντες τῷ δολερῷ καὶ κακοήθει θηρίῳ πρὸς ὀλίγον χρόνον τῆς ἐκκλησίας ἀπελείφθησαν. καὶ μετ' ὀλίγα· ἀμήχανον* C *ὅσην, ἀγαπητὲ ἀδελφέ, τροπὴν καὶ μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ*

2. ὃς] ὡς G. 4. τῆς] τοῦ G. 23. καιρῷ om. G.

poenitentia ab ecclesia recepti. Huic autem synodo Cornelius Romanus episcopus praesedit, prout ipse Fabium Antiochenum episcopum a concilio absentem litteris monet et privatim rursus de damnatis Novati gestis in hunc modum disserit. Ut autem cognoscas hunc admirabilem virum iam olim ambivisse pontificatum et latenter in se ipso proclivem in honores cupiditatem caelasse atque ideo concepto animi proposito velamen daturum confessores socios sibi coniungere tentasse, verbis aperiam necesse est. Presbyter e nostris Maximus et Urbanus, praeclarae confessionis gloria secundo potiti, Sidoniusque et Celerinus, vir, qui dei clementia cruciatus omnes superavit, et carnis infirmitate multo fidei robore firmata, viriliter deiecit adversarium; tales, inquam, viri, detecto animi eius instituto, vafritieque in omnes partes sese vertente comperta, notis etiam periuriis, mendaciis, ab ecclesiastica communione mente aversa, ac feritate in eo plane lupina, ad ecclesiam reversi sunt; fallacesque eius artes ac versutias diutius ab eo tectas, praesentibus quam plurimis, has quidem episcopis, alias presbyteris adstantibus et laicis manifeste confessi, et cum animi dolore deflent a subdola malignaque fera suasos ac detentos se ad breve quantumlibet tempus ab ecclesiae consortio fuisse seiunctos. Et paucis interiectis. Vix dici potest, dilecte frater, quam varietatem et circa

ἐθεασάμεθα ἐπ᾽ αὐτοὺς γενομένην. ὁ γάρ τοι λαμπρότατος καὶ δι᾽ ὅρκων φοβερῶν τινῶν πιστούμενος μηδ᾽ ὅλως ἐπισκοπὴν ὀρέγεσθαι, αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφεὶς ἀναφαίνεται. οὗτος γάρ τοι ὁ δογματιστὴς ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστὴς ὁπηνίκα παρασπάσασθαί τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν ἐπεχείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνοὺς ἀπεγνωκότας τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἐπελέξατο, ὡς ἂν εἰς βραχύ τι μέρος καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστείλῃ· κἀκεῖθεν ἐπισκόπους τρεῖς ἀγροίκους καὶ D ἁπλουστάτους πλαστῇ τινι ἐξαπατῆσαι ἐπιχειρήσει, διαβεβαιού- V. 296 μενος καὶ διισχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δή τις πᾶσα διχοστασία γεγονυῖα σὺν καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις μεσιτευόντων διαλυθῇ· οὓς παραγενομένους, ἅτε δή, ὡς ἔφθημεν λέγοντες, ἀνθρώπους ἁπλουστέρους περὶ τὰς τῶν πονηρῶν μηχανίας καὶ ῥᾳδιουργίας συγκλεισθέντας ὑπό τινων ὁμοίων αὐτῷ τεταραγμένων ἀνθρώπων, ὥρᾳ δεκάτῃ μεθύοντας καὶ κραιπαλοῦντας μετὰ βίας ἠνάγκασαν εἰκονικῇ τινι καὶ ματαιότητι καὶ ματαίᾳ χειρῶν ἐπιθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι, ἣν P. 372 ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ. ἐξ ὧν εἷς μετ᾽ οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀποδυρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἑαυτοῦ ἁμάρτημα, ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν λαϊκῷ,

1. τοι] τι A. 3. αἰφνιδίως G. 5. παρασπᾶσαι G. 6. αὐτῷ] ἐν τῷ G. 11. εἰς τάχει G. 16. αὐτῷ] αὐτοῦ G. ὥρᾳ ex Eusebio. Vulgo ὀρᾷ. 17. ἠνάγκασεν G. 18. χειρῶν] χειρὸν A. χειρὸς G.

mores mutationem, data brevi temporis mora, in eo adverterimus. Illustrissimus enim ille, qui tremendo etiam interposito iusiurando se nusquam episcopatum ambivisse confirmabat, derepente, quasi ex machina in mediam scenam delapsus, episcopus apparuit. Iste, dico, novorum dogmatum auctor, ecclesiasticae disciplinae propugnator, cum sibi vindicare vel non oblatum prius subripere molitur episcopatum, duos sibi socios de salute desperatos adiunxit, quos postmodum in secretam et angustam aliquam Italiae partem amandaret. Exinde tres episcopos rusticos plane simplicique animo motos arte veteratoria seduxit, data fide pollicitus brevi Romam eos venturos, ut ipsis cum reliquorum episcoporum coetu velut pacis arbitris sedentibus, quae affligebat ecclesiam discordia, penitus tolleretur. Illos ceu qui, ut praemisimus, hebetiores erant ad malignorum versutias et fraudes percipiendas, Romam adventantes, a factionis eiusdem consortibus et pacis perturbatoribus interceptos, ad horam decimam ebrietati crapulisque vacantes violenter compulit imaginaria quadam fictaque manuum impositione episcopatum sibi tradere, quem deinceps insidiis et fraudibus oblatum et penitus alienum sibi vindicavit. Eorum unus non diu post lacrymis et confessione scelus expiaturus, ad ecclesiam reversus est, cui communionis laicae gratiam, expostulantibus eam totius populi

ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. τῶν δὲ λοιπῶν ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες ἀπεστάλκαμεν. ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ εὐαγγελίου οὐκ ἠπίστατο ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει, πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι μζ´, διακόνους ζ´, ὑποδιακόνους ζ´, ἀκολούθους δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς δυσὶ καὶ πεντήκοντα, χήρας σὺν B θλιβομένοις ὑπὲρ ͵αφ´. οὓς πάντας ἡ τοῦ δεσπότου χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει· ὧν οὐδὲ τοσοῦτον πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας πλούσιός τε καὶ πληθύων ἀριθμὸς μετὰ μεγίστου καὶ ἀναριθμήτου λαοῦ ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεώς τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐπέστρεψέ τε καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Τούτοις ἐπάγων μεθ᾽ ἕτερά φησι φέρε δὴ ἑξῆς εἴπωμεν τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πολιτείαις τεθαρρηκὼς ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς. ἆρά γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεστράφθαι καὶ πολλοὺς C ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἠγωνίσθαι καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἕνεκα τῆς θεοσεβείας γεγονέναι; ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν ὅ γε ἀφορμὴ τοῦ πιστεῦσαι γέγονεν ὁ σατανᾶς φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν· ὡς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐξορκιστῶν νόσῳ παραπεσὼν χαλεπῇ καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ οὗ ἔκειτο περιχυθεὶς ἔλαβεν, εἴ γε

3. ὁ] ὁ δὲ G. 7. συνθλιβομένοις A. συνθλιβομένας G.
16. ἀνεστραφῆναι G. 17. ἠγωνίσαι G.

precibus, sumus impartiti; creatosque duorum aliorum episcoporum successores in eorum sedes misimus. An nesciebat praeclarus ille vindex evangelii, unum episcopum in ecclesia catholica praeesse, in qua sane non ignorabat, quonam enim pacto? Presbyteros esse quadraginta septem, diaconos septem, totidem subdiaconos, duos supra quadraginta acoluthos, exorcistas et lectores, una cum ostiariis quinquaginta duos, viduas in afflictione positas supra mille quingentas; quos omnes domini gratia et in homines benignitas abunde sustentat; quorum adeo copiosa et tam necessaria multitudo in ecclesia, numerus, inquam, ille dei providentia locupletatus adiuncto populi magno et immenso agmine, ab eo desperationis proposito damnandaque contumacia divertere et ad ecclesiam non potuit hominem perditum revocare.

Ex his post alia quaedam interiecta subinfert. Agedum, quibus actis, quibusque vitae institutis confisus pontificium ambivit, edisseramus. Num quod a primo aetatis flore frequentavit ecclesiam, vel plura certamina eius nomine sustinuerit, vel religionis amore pluribus iisque magnis periculis se obnoxium fecerit? Non est huiusmodi haec credendi occasio. Satanas ipse frequenti appulsu in eum ingressus et in eo diutino tempore commoratus fidei eius causa fuit. Nam cum in periculosum morbum incidisset et morti iam proximus putaretur, in ipso lecto quo decumbebat, solo exorcistarum ministerio, aqua perfusus, sacramentum suscepit; si ta-

χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε
διαφυγὼν τὴν νόσον ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλη-
σίας κανόνα, τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. τούτων
D δὲ μὴ τυχὼν πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε; καὶ αὖθις ἐπι-
φέρει· οὐ διὰ δειλίαν καὶ φιλοζωίαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς διώξεως
πρεσβύτερον εἶναι ἑαυτὸν ἀρνησάμενος; ἀξιούμενος γὰρ καὶ πα-
ρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων ἐξελθεῖν τοῦ οἰκίσκου, ἐν ᾧ
καθεῖρξεν ἑαυτὸν, καὶ βοηθῆσαι τοῖς ἀδελφοῖς ὅσα θέμις καὶ
ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας
δεομένοις βοηθεῖν, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχῆσαι καὶ παρα-
καλοῦσι τοῖς διακόνοις, ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπιέναι καὶ ἀπαλ-
λάττεσθαι. μὴ γὰρ ἔτι βούλεσθαι πρεσβύτερος ἔφη. ἑτέρας γὰρ
φιλοσοφίας εἶναι ἐραστής. εἶτ' ἐπιφέρει μετ' ὀλίγον· καταλιπὼν
P. 373 γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας
V. 297 κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπι-
θέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον, ὡς διακωλυόμενος
ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν· ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν
τὸ ἐπὶ κλίνῃ διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν
τινα γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτὸν τοῦτον μόνον χειροτο-
νῆσαι. τούτοις προστίθησιν ὁ Κορνήλιος τὸ ἀτοπώτατον τῆς Ναυά-
του ἀνευλαβείας φάσκων· ποιήσας γὰρ τὰς προσφορὰς καὶ διανέμων
ἑκάστῳ τὸ μέρος καὶ ἐπιδιδοὺς τούτῳ ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν

3. τοῦ P. τοὺς G. τούτων] τούτου G. 6. ἑαυτὸν εἶναι G. 12. πρεσβύτερος εἶναι ἔφη G. 21. διανείμας G. 22. τούτῳ] αὐτῷ G.

men eum suscepisse fatendum est. Morbo tamen liberatus nihil huiusmodi adeptus est, quod iuxta canones ecclesiae nos suscipere decet; ut ab episcopo nimirum consignemur. Huius autem doni expers, quomodo sanctum ipsum spiritum consequi potuisset? Rursus subiungit. An non metu, vitaeque amore persequutionis temporis presbyterum se esse denegavit? Rogatus siquidem et a diaconis exoratus, ut tugurio quo se concluserat prodiret et quantum fas esset potestasque presbytero fieret, periclitantibus fratribus subsidioque indigentibus opem ferret; tantum abfuit, ut diaconorum precibus morem gereret, ut etiam non sine stomacho ab eis discederet, nec se amplius presbyterum esse velle profiteretur, utpote sanctioris agendae vitae rationis cupidine tractum. Post pauca deinde subiungit. Dereliquit certe strenuus ille miles ecclesiam dei, in qua, suscepta fide, per gratiam episcopi in presbyterii sortem manus illi imponentis presbyteri dignitatem sortitus est; episcopus vero ne hoc faceret, tum ab omni clero tum a plurimis etiam e plebe vetitus, cum non liceret aqua leviter in lecto lustratum, prout ei contigerat, in domini clerum cooptari; hoc sibi permitti rogavit, ut huic soli munus ordinum conferre liceret. Istis adiungit Cornelius cunctorum Novati facinus impiissimum, dicens. Peracto sacrificii offerendi ritu, distributurus unicuique partem Novatus, iam-

τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις B ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος καὶ μὴ ἀφεὶς ἕως ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα· (τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις) ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μηδέποτέ με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον. καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον ἑαυτῷ καταράσαιτο. καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον τὸ ἀμὴν, οὐκ ἔτι ἐπανήξω πρὸς Κορνήλιον, λέγει. Φαβίῳ μὲν γὰρ Ἀντιοχείας ἐπισκόπῳ χωλαίνοντι περὶ Ναυάτου Κορνήλιος τὰ προστεταγμένα καὶ ὅπως αὐτὸν οἱ πολλοὶ καταλιμπάνοντες τῇ ἐκκλησίᾳ προσέτρεχον, ἔγραψεν ἀναγκαίως· ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ C Μωϋσέως τοῦ μακαρίου μάρτυρος, ὅπως αὐτὸν ἀκοινώνητον ἐποίησε τὸν Ναυᾶτον πρὸ τοῦ μαρτυρίου, καταγνοὺς αὐτοῦ τῆς θρασύτητος, ἅμα τοῖς συναποσχισταῖς αὐτοῦ πέντε πρεσβυτέροις, προσθεὶς ἐν τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς τῶν συνελθόντων ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπων κατ' αὐτοῦ τὸν κατάλογον ποιεῖται κατ' ὄνομα καὶ παροικίαν, τῶν τε μὴ συνελθόντων διά τινας ἀναγκαίας περιστάσεις, εὐδοκησάντων δὲ γράμμασιν οἰκείοις τῇ θείᾳ κατ' αὐτοῦ κρίσει. ἀκόλουθα δὲ τούτοις καὶ Διονύσιος ὁ μέγας Ἀλεξανδρείας τούτῳ ταὐτῷ Φαβίῳ περὶ μετανοίας ἐπιστέλλων μνήμης ὁμοῦ καὶ θαύματος ἄξιόν τι προστίθησι, μετὰ τὴν ἔναγχος D ἐπ' Ἀλεξανδρείας μαρτυρησάντων καὶ τὴν λοιπὴν ἱστορίαν αὐτῷ διεξιών.

3. ἐκείνου P. ἐκείνοις G. λόγοις AP. λόγων G. 11. ἔγραψεν P. ἔγγραφον G.

que tradens manibus, miseros homines benedictionis vice iuramentum exposcit, ac inter proprias suscipientis manibus detentis, non dimittit prius quin iuramento interposito haec fuerint effati: (ipsis enim eius utar verbis) „iura mihi per corpus et sanguinem domini nostri Iesu, te nunquam a me discessurum et ad Cornelium rediturum." Infelix autem ille non prius sancta delibat, quam se fuerit exsecratus; et cum suscipientem illum oporteat dicere, amen, „non revertar ad Cornelium", dicit. Fabio certe Antiochensi Novatum durius exceptum indigne ferenti, non modo supra memorata, sed et qua ratione, eo relicto, plerique confugerent, Cornelius necesse duxit scribendum, ac simul praeclarum B. martyris Mosis facinus attexit, ut nimirum a communione cum Novato damnata tum eius, tum quinque presbyterorum rescissionem eius foventium temeritate, sese ipsum martyrio iam proximus segregarit; nec non in ipsius epistolae calce episcoporum Romam convenientium, cum nomina tum etiam paroecias ordine cuiusque servato subiungit; absentium praeterea qui iusto praetextu detenti, propriis tamen litteris divino eius iudicio sunt assensi, nomen haud reticet. Quin etiam pari orationis stilo magnus Dionysius Alexandriae praesul Fabio eidem de poenitentia scribens, memoria simul et admiratione non indignam rem subdit; eorumque nominibus et poenis, qui recens martyrium Alexandriae obierant, relatis, reliquam insuper adtexit historiam.

Ἐκ τῆς Διονυσίου πρὸς Φάβιον ἐπιστολῆς κατὰ Ναυάτου.

Ἓν δέ σοι τοῦτο παράδειγμα παρ' ἡμῖν συμβεβηκὸς ἐκθήσο-
μαι· Σαραπίων τις ἦν παρ' ἡμῖν πιστὸς, γέρων ἄμεμπτος μὲν
τὸν πολὺν διαβιώσας χρόνον, ἐν δὲ τῷ πειρασμῷ πεσὼν οὗτος,
πολλάκις ἐδεῖτο καὶ οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ· καὶ γὰρ ἐτεθύκει.
P. 374 ἐν νόσῳ δὲ γενόμενος τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἄφωνος καὶ ἀναίσθη-
τος διετέλεσε. βραχὺ δὲ ἀνασφήλας τῇ τετάρτῃ προσεκαλέσατο
τὸν θυγατριδοῦν. καὶ μέχρι τίνος, φησὶν, ὦ τέκνον με κατέχετε;
δέομαι σπεύσατε καί με θᾶττον ἀπολύσατε, τῶν πρεσβυτέρων
μοί τινα κάλεσον· καὶ ταῦτα εἰπὼν πάλιν ἦν ἄφωνος. ἔδραμεν ὁ
παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον. νὺξ δὲ ἦν κἀκεῖνος ἠσθένει. ἀφικνεῖ-
σθαι μὲν οὐκ ἠδυνήθη. ἐντολῆς δὲ ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης τοὺς
ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρό-
τερον ἱκετεύσαντες τύχοιεν ἀφίεσθαι, ἵν' εὐέλπιδες ἀπαλλάττων-
B ται, βραχὺ τῆς εὐχαριστίας ἔδωκε τῷ παιδαρίῳ, ἀποβρέξαι κε-
λεύσας καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. ἐπανῆκεν
V. 298 ὁ παῖς φέρων. ἐγγύς τε γενομένῳ τῷ παιδὶ πρὶν τοῦ εἰσελθεῖν
ἀνενέγκας πάλιν ὁ Σαραπίων, ἥκες, ἔφη, τέκνον; καὶ ὁ μὲν
πρεσβύτερος ἐλθεῖν οὐκ ἠδυνήθη· σὺ δὲ ποίησον ταχέως τὸ προσ-
ταχθὲν, καὶ ἀπαλλάττομαι. ἀπέβρεξεν ὁ παῖς καὶ ἅμα ἐνέχεε τῷ
στόματι, καὶ μικρὸν ἐκεῖνο καταβροχθίσας εὐθέως ἀπέδωκε τὸ

1] Cap. 44. 3. γέρων om. G. 15. βραχὺ τῆς] βραχύ τι G.
21. καταβροχθίσας ex Eusebio. Vulgo κατὰ βροχήσας.

Ex epistola Dionysii ad Fabium adversus Novatum.

Unum hoc exemplum apud nos visum narrabo. Serapion eiusdem nobiscum fidei consors, plures vitae annos summa cum integritate versatus, ingruente persecutionis procella lapsus, pacem deinde precatus, a nemine, quippe qui immolasset, admittebatur. Morbo postmodum correptus continuis tribus diebus vocis sensusque expers iacebat. Viribus autem circa diem quartum resumptis nepotem arcessit; et, usquequo, ait, fili mi, me detinetis? Festinate, precor, et quantocius me dimitte. Presbyterum aliquem huc advoca. Paucis ita loquuto usus loquelae rursum adimitur. Ad presbyterum puer se confert. Profunda nox incumbebat; presbyter infirmus, convenire non potuit. Lege tamen a me posita iam iam e vita migraturos, si opus haberent, atque instantius petiissent, dato viatico dimitti, ut spe bona firmati decederent; modicam eucharistiae particulam puello tradit presbyter et liquore prius madefactam in senioris os infundere praecepit. Redit itaque puer perlata secum sacramenti particula; eidemque foribus iam proximo, nondum tamen pedem in domum inferenti, derepente sensu reparato: „venisti," inquit, „fili"; presbyter licet venire non potuerit; tamen, quod iniunctum est, exsequere, mox quiete decedam. Madefacit puer particulam et confestim in os immisit. Ille sensim deglutiens, nulla mora reddidit animam. Annon liquet ad horam illam vitam viro

πνεῦμα. ἆρ᾽ οὐκ ἐναργῶς διετηρήθη καὶ παρέμεινεν ἕως λυθῇ, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐξαλειφθείσης ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἔπραξε καλοῖς ὁμολογηθῆναι δυνηθῇ; C

Ἐπέστειλε δὲ αὐτῷ Ναυατιανῷ πρὸς λέξιν ὧδέ πως· Διονύσιος Ναυατιανῷ ἀδελφῷ χαίρειν. εἰ ἄκων, ὡς φῄς, ἤχθης, δείξεις, ἐὰν ἀναχωρήσῃς ἑκών. ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ· καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ εἰδωλολατρῆσαι γενομένης ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία· κατ᾽ ἐμὲ δὲ καὶ μείζων. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας μαρτυρεῖ. καὶ νῦν δὲ εἰ πεῖσαί σε εἰ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος τὸ D κατόρθωμα, καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται, τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται. εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. ἐρρῶσθαί σε ἐχόμενον τῆς εἰρήνης ἐν κυρίῳ εὔχομαι. θαυμασίως διὰ βραχέων μὲν λόγων, συνεκτικωτάτων δὲ ἐννοιῶν ὁ θεῖος Διονύσιος πᾶσαν πανουργίαν ἀπέκλεισε τῷ Ναυάτῳ πρόφασιν αἰτιωμένῳ τὴν τῶν ἀδελφῶν ἔνστασιν καὶ οὐ τὴν ἰδίαν θρασύτητα, τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας ἀπόσχισιν. ἀλλὰ καὶ τοῖς κατ᾽ Αἴγυπτον ὁ αὐτὸς ἱερώτατος γράφει Διονύσιος περὶ μετανοίας καὶ P. 375 τῆς τῶν ἐν τῷ διωγμῷ παραπεσόντων ἀποδοχῆς μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν τὰς τῶν παραπτωμάτων τάξεις ἄριστα διεξελθών, καὶ

8. τοῦ μὴ εἰδ.] τοῦ om. G. 9. μαρτυρία ex Eusebio. Vulgo μαρτυρίαν. 20. Διονύσιος om. G. 21. ἐπιστροφὴν] ἀποστροφὴν G.

conservatam, ac tam diu remansisse inter vivos, donec in pace dimitteretur et abstersa peccati labe bonorum operum mercedem accepturus fidem denuo profiteretur?

Novato porro eidem haec verbis totidem Dionysius scripsit. Novato fratri salutem. Invitum, ut ais, a nobis abductum, si sponte redieris, declarabis. Oportuerat sane quodvis aliud incommodum potius pati, quam discidiis dei ecclesiam deturpare; neque vero eo quod iam latum, ne idolis offerretur sacrificium, aliud, ne dividatur ecclesia, perferendum martyrium minorem apud me promeretur laudem; quin immo, me iudice, maiorem etiam expetit. Illic namque in unius animae suae commodum, hic pro ecclesia universa tormenta sustinet. Nunc certe si suaseris, vel etiam fratres vi adegeris, ut in concordiam redeant, culpam admissam correctio superabit; et illa quidem non imputabitur; neque haec laude sua privata supererit. Si contumaces in salutem evincere nequeas, ipse tuam animam servato. Te, si pacem amplectaris, in domino valere opto. Paucis quidem verbis et sententiis crebro rationum acumine instructis omnem fraudis facilitatem Novato fratrum urgentem instantiam, non contumaciam, quae divisionis ab ecclesia Romana causa fuit, propriam praetendenti divinus Dionysius interclusit. Quin etiam ad eos qui erant in Aegypto sacerrimus idem Dionysius scribit epist. de poenitentia et lapsis, deque lapsis iisdem in persecutione post conversionem recipiendis, qua cunctos criminum gra-

πρὸς Κόλλωνα τῆς ἑρήμου πολιτῶν πόλεως ἐπίσκοπον ἐξαίρετον
περὶ μετανοίας γραφὴν πεποίηται· καὶ ἄλλην ἐπιστρεπτικὴν πρὸς
Ἀλεξανδρέας, καὶ ἑτέραν περὶ μαρτυρίου πρὸς Ὠριγένην, ὥς
φησιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Λαοδικεῦσι Θηλυμίδρους ἐπισκοποῦντος
αὐτῶν, Ἀρμενίοις τε Μερουζάνους προεστῶτος αὐτῶν ἐπισκο-
πῆς. ἐπειδὰν δὲ Ἕλενος Ταρσοῦ Κιλικίας ἐπίσκοπος καὶ οἱ σὺν
αὐτῷ Φιρμιλιανός τε Καππαδοκίας καὶ Θεόκτιστος Παλαιστίνης
B ἐπίσκοποι γράμμασι Διονύσιον τοῦτον ἐδυσώπουν συνελθεῖν αὐ-
τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ διασκεψόμενον σὺν αὐτοῖς τὰ περὶ Ναυάτου,
Φαβίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ ἄλλων τινῶν ὑποκατακλινομέ-
νων τῷ σχίσματι, δεξάμενος παρὰ Κορνηλίου ἐπισκόπου Ῥώμης
τὴν κατὰ Ναυάτου ἐπιστολήν, ἀντιγράφει αὐτῷ δηλῶν καὶ τὰς
παρακλήσεις τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν. ἀλλ' ἐν τούτοις Φαβίου
κοιμηθέντος Δημητριανὸς ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας καθίσταται.
Διονύσιος δὲ καὶ ἄλλαις διαφόροις ἐπιστολαῖς καὶ λόγοις ἱεροῖς
σπουδαίως τὴν Ῥωμαίων μάλιστα ἐκκλησίαν συνιστᾶν ὑπὸ Ναυά-
του ταραττομένην ἠγωνίζετο, τὸν περὶ μετανοίας πρεσβεύων
ἁπανταχοῦ καὶ ὁμονοίας λόγον, ἐν οἷς καὶ διακονικὴν ἐπιστολὴν
C περὶ εἰρήνης δι' Ἱππόλυτον γράφει Ῥωμαίοις, καὶ ἄλλοις περὶ
V. 299 μετανοίας, τοῖς τε συμπεριφερομένοις ὁμολογηταῖς τῇ τοῦ Ναυά-
του πλάνῃ ἰδίαν, καὶ δύο τοῖς ἐξ αὐτῶν ὁμολογητῶν ἀποστᾶσιν
αὐτοῦ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἑνωθεῖσι.

3. Ἀλεξανδρείας G. 10. κατακλινομένων G. 11. σχίσματι] Vulgo σχήματι. Correxi ex Eusebio. 15. διαφοραῖς G. 19. ἄλλοις] ἄλλην G. 21. τοῖς P. ταῖς G. ἀποστᾶσιν m. ἀπόστασιν G.

